



**In hoc opusculo continentur tres artis grammaticae authores  
oppidoq[ue] vetusti, ut quos Priscianus in opere de arte  
grammatica non semel citat, Asper Junior, Aelius Donatus in  
arte secunda, & Phocas**

<https://hdl.handle.net/1874/423197>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


X. oct.

397










## Litterae Latinæ

Octavo n° 397.

111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120




No. L.

# IN HOC

OPVSCVL O CONTINEN-  
TVR TRES ARTIS GRAM-  
maticæ authores oppidoq; uetusti, ut quos  
Priscianus in opere de arte grammatica  
non semel citat, Asper Iunior, Aelius Do-  
natus in arte secunda, & Phocas, nuper  
per Ioannem Cæsarium exactissime casti-  
gati, ac nunc per eundem denuo recog-  
niti, præterea ab eodē ipso scholijs  
passim adiectis illustrati lo-  
cis uidelicet obscu-  
rioribus.

*Ex dono Brugelii*

Anno M. D. XXVII



**T**Quem morem instituendis pueris preceptores obseruare debeant, ex Chrysostomo in quadam in Matthæum homilia, & ex Horatio in arte poetica.

Bonarum artium præceptorib. hic mos esse debet, ut cum pueros doctrinæ rudimentis accipiantur: non grauiori primum lectionum onere eorum mentes implicant, sed brevibus & iisdem se penumero repetitis præceptis, paulatim eos assuefiant. Quo fit, ut eorum animis facile doctrina imprimatur, & ne ab ipso statim eruditio principio pre lectione multitudine capessenda, memoria nimium laborante perterriti, ad colligenda præcepta segniores reddantur, & doctrinæ difficultate torpescant. Hæc ille, Cui sane Chrysostomi sententiae Horatius in arte his uerbis subscriptis.

Quicquid præcipies, esto breuis, ut cito dicta. Percipient animi dociles, teneantq; fideles.

**T**Sequuntur decem præcepta per Mosen à deo data omnibus fideliter obseruanda.

Vnum deum crede, eumq; solum & pronus adorare, In unum per illum ne iuraueris unquam.

Sabbata sanctifica. Tuos cole & uenerare parentes. Ne occideris quęq; nec uerbo nec facto.

Ne cuiquam furto quicquam abstuleris, Ne adulterium commiseris. Ne falsum testimonium dixeris Proximi tui nec nuptiam, nec rem concupisceris.

GENERO SIS ET ILLVSTRI BVS  
Adolescentibus Henrico , Philippo , & Eberhardo  
fratribus germanis , ex insigni illustrium Comitum  
ac dominorum à Stoelberg & Vuernigerode fa=   
milia , dominis suis plurimum colen =  
dis Ioanues Cæsarius . S.D.

Collegi nuper tres artis grāmaticæ authores ,  
idq; uestra potissimum causa generosi atq; il  
lustres adolescentes Henrice , Philippe &  
Eberharde fratres germani , atq; eosdem in unum ue  
luti manipulum concessi , corpore quidem ipso ( ut  
ita dicam ) paruos , at uirtute etiam cum summis eis  
us artis authorib. comparandos . Id quod natura ita  
prope cōparatum esse constat , ut quæ res paruae ext  
stū mole ipsa corporis , & ceteris uel maximis reb.  
uirtute plerumq; antecellant . unde & illud Statij in  
Thebaide lib . primo de Tydeo exiguo admodum  
corpore uiro , ceterum uirib . tum animi , tum corpo=   
ris eximio , passim diuulgatum extat elogium , To=   
tosq; infusa per artus Maior in exiguo regnabat  
corpore uirtus . Quos etiam authores , cū in animo  
iam constituisse colligere , atq; in unum congerere ,  
opus erat prius locis non paucis restituere , & ab in  
iuria corruptionis asserere vindicareq; . Quæ certe  
causa mihi etiam uisa est præcipua , cur ipsi cum sint  
authores alioqui antiquissimi , & de ipsa arte opæ

time meriti , tanto tempore interim neglecti prope-  
modum iacuerint , & uix suis cogniti nominibus si-  
fi quod Donatus ob eum ipsum libellum , qui eius no-  
minis hodie a pueris circumfertur , iam notior uide-  
ri poterat : uerum non ita ob eum , quem nunc cura-  
nus imprimendum , illo quidem ut multo locupleti  
orē , ita etiam eleganter : Ex reliquis autē duob.  
ut alter , nempe Asper Iunior prorsus incognitus fu-  
it multis etiam ex studiosis , ita Phocas uix doctis ho-  
minibus satis cognitus . Itaq; in his tribus authorib.  
castigandis , ac a fœdis mendis ( quibus innumeris in  
locis scatebant ) repurgandis , quantum insump-  
scrim laboris , nemo non facile animaduertet , qui tan-  
tum excusos nunc eos cum eisdem ipsis ante excu-  
sis contulerit . Neq; uero huic instituto satis per me  
( quod ingenue fateor ) fieri unquam potuisset , nisi  
locis aliquot quedam in his , idq; in Phoca cum pri-  
mis adempta , quedam item adiecta fuissent . In quo  
tamen utrumq; ita temperandum duxi : ut in his sal-  
ua ubiq; permaneret sententiae integritas , & aliquis  
saltem lectionis intellectus haberetur , ubi tamen tan-  
ta prius ipsius lectionis confusio erat . ut ne ipsi qui-  
dem authores , si ab inferis in hanc lucem redijssent ,  
quicq; in his intelligere potuissent , immo uero nec su-  
os illos libellos agnouissent . Sed iam mihi obstrepet  
fortasse quispiam , atq; adagium illud apud græcos  
olim celebratum γλαῦκα ἐισ ἀθίνας obijciet .

Quasi uero non & iam dudum illud compluisset,  
obijciendum fuisset, qui hac in re nihil non diligenter  
adhibuerūt prope ex superuacuo, si modo id curari  
maluisset, ut authorcs eius artis, quā iuuare plane ui-  
si sunt, restituti, aut certe utcūq; illustrati fuissent,  
quorum quidem alterum Hermannus Buschius non  
omnino frustra in Diomede tentauit, alterum in Do-  
natum (qui uulgo minor appellatur) egregie præ-  
stítit, & profecto nihil fere iam dici potest, quod nō  
sit dictum prius, ut comicus poeta ait. Igitur noster  
in hoc negotio labor ueniam (spero) merebitur,  
quod in hoc hāc nostrā operā collocauimus: ut ijs au-  
thores ipsis pueris potius prælegerentur, quibus me-  
rito acceptum referre debemus, quod in hac arte ali-  
quid possumus atq; promouimus, eo q; etiam maiori-  
rem, quod non inanis gloriae causa, sed miseratione  
quadam ad hoc inductus sim ipsorum puerorū hac  
arte instruendorum, & adhuc prima inde rudimen-  
ta perceptuorum. Quippe qui pro comperto hā-  
beam scholasticos pueros hodie nimium onerari  
non tam præceptorum artis, quam librorum multitu-  
dine. Non possum tamen non probare multorum  
in hac re digna utiq; lectione monumenta, que no-  
lim negligant pueri, posteaq; huius artis ex his fun-  
damenta fideliter iecerint. Sed ut ad uos tandem re-  
deam optimi adolescentes illud nunc libere fatebor,  
me coeptum laborem in castigandis istis authoribus

destituere decreuisse aliquādō , q̄q̄ illud me facturū  
tā antea uobis receperam , quod fere desperauerim  
fore , ut restitui possent , n̄isi ad ipsum persequendum  
stimulum mihi addidisset uestra erga me beneuolen-  
tia , & p̄eclara illa in uobis mihi perspecta indeoles ,  
tum primum cū anno superiori Moguntiae agerem  
commorarer̄ q̄; aliquāndiu . Quo tempore nullo nō  
die à uobis inuitabar nunc ad prandium , nunc ad cōe-  
nam , atq; humanissime interim tractabar , imò uero  
quoties ad uos mihi uenire dabatur , tanta comitate  
excipiebar , ut nō tam iā inde diuinare cōiectaremq;  
futurum , ut in optimos probissimosq; uiros cuadere  
tis , nec unquam degeneraretis à nobili illa & anti-  
qua maiorum uestrorū familia à Stoelbergh , quam  
ingratus prorsus uiderer , n̄isi hanc erga me beneuo-  
lentiam uestram literario aliquo munusculo utcunq;  
compensarent . Qua tamen in re non impigros sese  
adhortatores prestiterunt Valentinus Godfridus  
& Caspar Grain uestri pro tempore p̄ceptores  
uiri profecto ( ut mihi tum quoq; uidebatur ) dig-  
ni plane atq; idonci , tum ob morum grauitatem , tum  
ob eruditio nem non uulgarem : quibus tam generosi  
adolescentes committerentur instituendi . Itaq; cum  
tandem hos tres authores cum ceteris ueluti appen-  
dicibus quibusdā , ac scholijs passim adiectis p̄elo  
committendos curauissem : eos omnino uolui sub ue-  
stro auspicio in commune prodituros , non qui tam

uestris adhuc studijs usui forent, quam uestra causa  
sa aliorū complurium. Quod munus igitur exigum  
licet, & longe impar uestræ munificentiae: eo ( que  
so ) nultu suscipite, quo me excipere soletis, ac si-  
mul recte Valete. Apud Coloniam Agrippinana.  
Anno ab incarnatione domini Millesimo, quingente  
simo, uigesimo quinto, Sexto Kalendas Aprilis.

A iiiij



# ARS ASPE-

RI IUNIORIS GRAM=  
MATICI.

¶ Ars quid sit?

**A**rs est comprehensio praceptorum ad utilitatem usui accommodata per artificis sui exercitationem. Medendi, ut medici. Declamandi, ut rhetoris. Legendi, ut grammatici.

¶ Medendi, &c. Expositio est siue declaratio generis per proprias species. Nam cum dixit per artificis sui exercitationem, protinus ueluti exempla per species subiecit, ut ars medendi per exercitationem medici, &c. Est ergo ars medendi comprehensio praceptorum eius scilicet artis ad utilitatem usui accommodata per artificis sui, nempe medici, exercitationem.

¶ Grammatica quid sit?

Grammatica est scientia recte scribendi, pronunciandi, interpretandique poetas per historias formata ad usum rationemque uerborum. Quam Terentius etiam Varro primum ut adhuc rudem appellatam esse dicit literaturam.

¶ De litera et numero literarum.

Litera est minima pars uocis explanatae. Sunt autem (ut etiam ratiocinatore usu receptum est) litterae

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

teræ latino sermoni accommodata, una & uiginti,  
quibus græcarum accedunt duæ z & y. Nam Me=   
zentium & Hylam, & alia nobis peregrina nomina  
scribere & enunciare proprio sono nō possumus.  
¶ Explanatæ id est, articulatæ. Est autem articu=   
lata uox, quæ literis scribi potest.

¶ Vsu ratioñatore, hoc ē collectore, supputatore,  
& ueluti approbatore. Quippe qui pro explo=   
rato habeat tot literas, nempe unam & uiginti lati=   
no sermoni sufficere.

### ¶ De literarum diuisione.

Literarum, aliae uocales sunt, aliae consonantes.  
Vocales quinque a, e, i, o, u, Consonantia, aliae semi=   
uocales septem f, l, m, n, r, s, x, Mutæ octo b, c, d, g,  
h, k, p, q, t. Sed h in earum numerū redigitur, quādo  
non aspirationis, sed literæ loco ponitur. Litera  
tribus modis cognoscitur. nomine, quo enuntiatur.  
figura, qua scribitur. potestate, qua ualet.

¶ Consonantium aliae, &c. Strictissima breuiissimæ  
que consonantium diuision hæc est, ut quæ & in ali=   
as subdiuidi possint. Siquidem ex his sunt & liquidæ  
& duplæ. Liquidæ l, m, n, r, numero quatuor. Du=   
ple duæ una latina, x, & græca item una. z.

¶ Hic obserua. f. literam ab omnibus prope  
grammaticis inter semiuocales collocari, præterq;  
ab uno Prisciano. Ait ergo eos artium scriptores.  
qui f. literam inter semiuocales posuerunt, respexerunt.

## ASPER IVNIOR

isse nō ad eius potestate sed pronunciationē. Quoniam ipsa loco. Q. literæ, que græca est, apud latinos ponitur.

### ¶ De syllaba, et carum diuisione.

Syllaba est literarum inter se cocuntium una iunctura. Vel enuntiatio literæ uocalis cum adiunctio = ne temporis. Syllaba autem sine uocali litera aut lī teris non potest fieri. Syllabarum, aliæ longæ, aliæ breues.

### ¶ Tempus hoc loco diffiniri potest, ipsa mora prouuntiande syllabæ. Et est duplex, longa & breuis.

### ¶ Syllaba quot modis longa intelligatur.

Syllabæ longæ sunt, aut natura, aut positione: et habent bina tempora. Natura duobus modis syllaba longa intelligitur. Aut cum uocalis per se longa est: aut cum uocalis uocali inter se iuncta producitur. Et fit diphthongus, ut æ. Positione longa fit syllaba modis octo. Primo modo: quoties definit in consonantem, et excipitur ab altera consonante, ut. Arma virumq; cano. Ar, enim syllaba positione fit longa, quia definit in consonantem r, et excipitur à consonante m. Secundo modo fit longa syllaba, quoties

In primo definit in duas consonantes. ut, Ast ego quæ diuum Aeneid.

In primo definit in s & t, ambas consonantes. Tertio modo

Aeneid. longa est syllaba positione, quoties excipitur à consonantibus duabus, ut, Atrides. Nam et si à correps-

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS

ta est: tamen positione fit longa, quia sequitur t et r.

Quarto modo, quoties desinuit syllaba in duplice In sexto literam, ut Ex illo celebratus honos. Quinto, Aeneid. quoties syllaba excipitur à duplice litera, ut Exili= In septimo busne datur ducenda Lauinia Teucris. Sexto, quo Aeneid. ties excipitur à uocali consonantis loco posita, ut At In decimo nero ingentem quatiens Mezentius hastam. Sep Aeneidi. timo, quoties desinuit syllaba in uocalem loco con= In primo sonantis positam, & excipitur à consonante, ut Au Aeneidi. dieras & fama fuit. Octavo modo, quoties syl= In secundo laba à uocali excipitur consonantis loco posita, ut Aeneid. Troiaq; nunc stares. Breves sunt syllabe, quæ uocali correpta effeſtūtur, & habent singula tpa.

### ¶ De pedibus & eorum numero.

Pedes simplices sunt duodecim, quorum alij sunt disyllabi, hoc est duarum syllabarum, alij trisyllabi, hoc est trium syllabarum. Dissyllabi quatuor sunt. Pyrrichius, Spondeus, Iambus, Trochæus. Trisyllabi octo, Anapestus, Dactylus, Brachysyllabus, Mo-  
lossus, Amphibrachus, Creticus, Bacchius, Palimbac- chius.

Pyrrichius constat ex duabus brevibus, & est omnium minimus. Solusq; duo tempora habet, ut ho- mo. Huic contrarius est spondeus, qui constat ex duabus longis, & habet tempora quatuor, ut moles.

Iambus constat ex brevi & longa, temporunt trium, ut apes. Huic contrarius est Trochæus, qui

## ASPER IVNIOR.

constat ex longa & breui, temporum item trium,  
ut uenter.

Anapestus constat ex duabus breuibus & lon=ga, temporum quatuor, ut aries. Huic contrarius est Dactylus, qui constat ex longa & duabus breuibus, temporum quatuor, ut cœlifer.

Brachysyllabus, quem quidam Tribrachum uocant, constat ex tribus breuibus, temporum trium, ut iaculum. Huic contrarius est Molossus, qui co=stat ex tribus longis, & est de simplicibus pedibus maximus, temporum sex, ut Aeneas.

Amphibrachus, ex breui & longa & breui, temporum quatuor, ut amicus. Huic con=trarius est Creticus, quem & Amphimacrum appellant, qui constat ex longa & breui & longa, tempo=rum quinq; ut insule.

Bacchius constat ex breui & duabus longis, tem=porum quinq; ut Achates. Huic contrarius est Palimbacchius, qui constat ex duabus longis & breui, temporum quinq; ut Romanus.

**T**In horum duorum pedum Bacchij et Palimbacchij diffinitione non ipsum authorem, ut qui hoc in loco corruptus mihi uidebatur, sed Diomedem & Donatum sequi malui, qui etiam Palimbacchii, An=tibacchium uocant contrarium Bacchio.

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

¶ De octo partibus orationis.

**P**Artes orationis sunt octo. Nomen, pronomen, Verbum, Aduerbiū, Participium, Coniunctio, Præpositio, Interiectio.

¶ De nomine & eius accidentibus.

Nomen est pars orationis, qua res quæcumque appellatur, siue est animalis, ut homo. Cato, siue, inanimatus, ut arbor, lapis: siue etiam incorporalis, ut persona, clementia. Nominis accidunt quinque, Qualitas, Genus, Numerus, Figura, Casus.

¶ Comparationem ideo fortassis non adiecit author, q[uod] non omnibus conueniat nominibus, quam tam Donatus & Diomedes inter nominis accidentia connumerant,

¶ De qualitate nominum & eorum differentijs.

Qualitas nominum bipartita est. Aut. n. propria sunt nomina, aut appellativa. Propriorum, alia pronomina dicuntur. ut C. Caius. M. Marcus. Alia gentilia. ut Iulius. Porcius. Alia cognomina. ut Cæsar. Cato. Alia agnomina. ut Numidicus, Germanicus. Sunt & unica. ut Romulus, & bina, ut Paris Alexander, & quæ omnia unius sunt. ut Publius Cornelius Scipio Africanus.

Appellatiuorum alia animalia dicuntur. ut homo, bos. Alia inanimalia. ut arbor, lapis. Alia incorporalia. ut sapientia. Alia gentem significant. ut Gallus, græcus. Alia numerum ut duo, tres. Alia ordi-

## ASPER IVNIOR

nem ut primus, secundus. Alia sunt prime positionis  
ut ager, capra. Alia deriuativa, ut agrarius, caprari-  
us. Alia diminutiva, ut catulus, catellus. Alia ad ali-  
quid, ut pater, mater. Alia qualitatis ut doctus. Alia  
quantitatis, ut longus. In quibus duobus frequentis-  
fima comparatio et superlatio expectatur, Est. n.  
absolutum. ut doctus, longus. Comparativum, ut lon-  
gior, doctior. Superlativum, ut doctissimus, longis-  
simus.

¶ Et bina ut Paris Alexander. Bina itē sunt,  
Numa Pompilius. Tullus Hostilius. Ancus  
Martius. Tarquinius Priscus. Seruius Tullius. Tar-  
quinius Superbus. Quorū tamē quēdam etiam ter-  
na leguntur. ut L. Tarquinius Priscus. L. Tar-  
quinius Superbus. Que quidē nomina sunt Regum  
Romanorum a Romulo, qui primus omnium eorum  
fuit.

## ¶ De genere.

Genera nominum sunt quinq;. Masculinum.  
ut hic Cato. Fœmininum. ut hæc porcia. Neutrum  
ut hoc scamnum. Commune aut duobus generi-  
bus, ut hic & hæc sacerdos? aut tribus generibus,  
ut hic & hæc & hoc elegans. Promiscuum, in  
quo aut masculina sunt semper, ut corvus, turdus.  
Aut semper fœminina, ut aquila, cornix.

¶ Ab alijs additur & dubium siue incertum genus,  
ut hic aut hæc dies. hic aut hæc cortex.

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

### ¶ De numero.

Numeri accidunt duo. Singularis, ut hic Cato. Pluralis, ut hi Catones. Sunt præterea quædam nomina semper singularia, ut aurum, oleum. Quædam semper pluralia, ut puteoli, saturnalia. Alia forma singularia, sed non pluralia, ut populus, exercitus. Alia contra forma pluralia, non singularia, ut Calendæ, idus, nonæ.

### ¶ De figura.

Figura nominum duplex est. Aut enim simplicia sunt nomina, ut probus. Aut composita, ut improbus. Componuntur autem nomina modis quatuor. Aut enim integra corruptis iunguntur, ut insulsus. Aut corrupta corruptis, ut armiger. Aut integra integris, ut indecens. Aut corrupta integris, ut armipotens.

### ¶ De casu.

Casus nominum sunt sex. Nominatius, ut hic Cato. Genitius, ut huius Catonis. Datius, ut huic Catoni. Accusatius, ut hunc Catonem, Vocatus, ut o Cato. Ablatius, ut ab hoc Catone. Addunt et septimum casum, ueluti cum dicimus nos terra uel mari uectos, qui speciem ablatiui habet, nec tamen est. Ipse enim aliquoties per accusatum liquidius explicatur, non utique terra uel mari uectos, sed per terram uel mare uectos. Ex hoc sensu est. Multum ille et terris iactatus et alto.

Sunt quædam nomina, quæ non sicutuntur in usu

## ASPER IVNIOR.

In primo rios casus declinata, sed una appellatione per omnes Aeneidi. articulos efferuntur. ut frigi, nequam. quæ græci monoptota appellant.

Sunt que declinationem omnino per quosdam casus non recipiunt, ut, fas, nefas tantum per nominativum, & sponte tantum per ablativum in usu habetur.  
¶ Monoptota hoc est unius casus, πνωσις. n. græce casus latine dicitur.

¶ Et sponte tantum per ablativum &c. Spontis tamen apud Celsum legitur li. pri. Sanus homo, qui & bene ualeat, & suæ spontis est &c.

¶ De pronomine & eius accidentibus.

De prono = **P**ronomen est pars orationis, quæ idem quod minibus. Donatū pō nomen, sed minus plene significat. Pronomini accidentum qualitas significatio, positio, genitus, numerus, ordo, figura, persona, casus. tius uide.

Qualitas est, qua aut finita sunt pronomina, ut ipse: aut infinita, ut quis.

Significatio pronominum in octo partes diuisa est. Aut enim personam significant, ut quis, quæ,

Aut rem, ut hoc, istud. Aut gentem, ut cuias, nostras. Aut numerum, ut tot, quot. Aut ordinem, ut totus, quotus. Aut qualitatem, ut qualis, talis.

Aut quantitatem, ut tantus, quantus. Aut ad aliquid, ut quidam, quedam: Et ex possessiuis finita ad aliquid referuntur, quæ aut utrinque singulæ sunt, ut meus, tuus. Aut utrinque pluralia, ut nostri,

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

noſtri, ueſtri. Aut ex irinſecus ſingularia, & in irinſecus pluralia, ut noſter, ueſter. Aut ex irinſecus pluralia, & in irinſecus ſingularia, ut mei, tui.

Positio eſt, qua ſpeciatur, utrum interroga-  
tiua ſint pronomina, ut quis, ueter. Aut reſponſiua,  
ut hic, iſte. Aut ſegregatiua, ut quiſquiſ, ueteris.  
Aut priuatiua, ut nequiſ, neuter, nemo, nihil.

Numerus pronomini accidit, Singularis, ut ego,  
quiſ. Pluralis, ut nos, quanti. Communis, ut que,   
quanta. Numerus apud Graecos propter dualem nu-  
merum, modos habet nouem: In ſermone noſtro  
quatuor. Aut enim unius numerum ſignificamus,  
ut meus, tuus. Aut multos multorum, ut noſtri, ueſ-  
tri. Aut unum multorum, ut noſter, ueſter. Aut  
multos unius, ut mei, tui, ſui.

Ordo accidit pronominibus. Nam aut pre-  
ſentiua ſunt pronomina, ut quiſ, quantus: aut ſub-  
iunctiuia, ut iſ, tantus.

Figura nominum duplex. Siquidem aut ſim-  
plicia ſunt pronomina, ut ego, tu: aut composita,  
ut egomet, tuimet.

Personæ pronominiū tres ſunt. Prima, ut  
mei, mihi. Secunda, ut tui, tibi. Tertia, ut ſui, ſibi.  
Personæ finitiſ tantum pronominibus accidit, inſi-  
nitis nunquam.

Caſus ſunt ſex, Nominatiuus, ut quantus. Ge-  
nitiuus, ut quanti. Datiuus, ut quanto. Accuſati-

## ASPER IVNIOR

mus, ut quantum. Ablatiuus, ut quanto. Vocatiuus in pronominibus rarus est. Sed tamen inuenitur ab eo quod est meus,

**T** Maxime finita pronomina sunt, que primam & secundam personam demonstrant, ut ego & tu.

Nam ille & ipse magis dici debent minus q̄ finita. ut si ad rem præsentem referantur, finita: si ad absentem, infinita habeantur.

**T** Vtrinq; singularia, ubi & persona possiden-  
tis, & eius que possidetur una est, ut meus. Vtrinq; pluralia, ubi sunt multi qui possident, & item mul-  
ti qui possidentur, ut nostri. Intrinsecus singularia,  
& extrinsecus pluralia sunt: que possidētis unam,  
& possessorum plurimas ostendunt personas, ut  
mei. Extrinsecus singularia, & intrinsecus plu-  
ralia, econtrario sese habent, ut noster.

**T** Quæ quanta &c. Nam & quæ mulier, &  
quæ mulieres dicimus: & item quanta mulier, &  
quanta mancipia.

**T** De uerbo & accidentibus eius.

**V** Erbum est pars orationis actum aut passio-  
natem cum tempore & persona significans.

Verbo accidentū. Qualitas, significa-  
tio, numerus, figura, tempus, persona, coniugatio.

Qualitates sunt quinq;. Finita, ut lego. Impe-  
rativa, ut lege. Optativa, ut utinam legerem. Ada-

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

imperatiua, ut cum legam. Infinitiuia, ut legere.

Significationes sunt quinque. Actiuia, ut lego. Passiuia, ut legor. Neutra, quae habet speciem quidem actiu.e, sed non habet uim, unde nec habet passuitatem, ut curro. Deponens, que speciem quidem habet passiu.e, sed non habet uim: quia non habet actiuitatem, ut suspicor. Communis, quae agendi & patiendi pariter optinet interpretatione. ut consolor illum, & consolor ab illo.

Numeri duo sunt. Singularis, ut lego, Pluralis, ut legimus.

Figur.e sunt septem. Simplex, ut lego. Composita, ut relego. Inchoatiua, ut calesco. Frequentatiua, ut lectito. Desideratia, ut lacesto. Impersonalis ut piget, tcedet: & alterius formae, ut statur. Meditatiua, ut lecturio.

Tempora sunt tria, Præsens, ut lego. Præteritum, ut legi. Futurum, ut legam. Præteritum rursus diuiditur in præteritum imperfectum, ut legebam. Plusquamperfectum, ut legeram.

Personæ sunt tres. Prima, ut lego. Secundas, ut legis. Tertia, ut legit.

Coniugationes sunt quatuor. Prima, si quando uerbum finitima qualitate, singulari numero, tempore presenti, secunda persona per a & s enuntiatur, ut laudo, laudas. Secunda, si quando in e & s literas terminatur, ut sedeo, sedes. Tertia, si quando

## ASPER IVNIOR,

do uerbum i & s literis exit : correpta , ut lego ,  
legis , producta , ut uenio , uenis : Quarta , cum uer  
bum alio quolibet modo effertur , ut odisti , memi  
nisti ,

¶ Passuitatem noue dixit pro passione , ut ex  
paulo infra , actuitatem pro actione siue actu .

¶ Verborū qualitates quas hic uocat , alij mo  
dos appellant . Sic ex significationes uerborum ,  
alij genera .

¶ Figuram promiscue accipit ex pro forma ,  
ut sint potius forme uerborum dicende , quas mox  
subiungit , nempe inchoatiuam , frequentatiuam ,  
desideratiuam , impersonalem , et meditatiuam .

¶ De aduerbio ,

A Duerbium est pars orationis , que uim uer  
bi explicat , ut scribo bene . Aduerbio ac  
cidit significatio , positio , figura , quali  
tas , quantitas . Significatio est in aduerbijs , cum  
expectamus , quid significetur . Nam aut locum  
ostendunt , aut tempus , aut numerū , aut ordinem .

Locum significantia aduerbia sunt , aut in lo  
co , ut intus : aut ad locum , ut intro : aut per lo  
cum , ut hac : aut ē loco , ut hinc . Tempora que  
aduerbia significant , aut infinita sunt , ut aliquan  
do , nuper , iam , alias , iampridem , quondam .

Aut finita , ut hodie , nunc , eras , perendie .

Aut in confuso finita sunt , ut olim , mox , tan  
to .

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

dem, sape, subito, repente. Aut perfecta in cō Nempe. Sic fuso, ut quotidie, semp, interca. Aut sunt p̄e apud Persiū sentia, ut cum maxime nunc. Aut numerum sig- Satyra. iij. nificantia aduerbia sunt, ut semel, bis, ter, quater, Nempe hoc quinquies. Aut ordinem, ut iterum, tertio, quar assidue, quo to. Sunt aduerbia etiam aut negandi, ut haud, nō, loco tamen Aut prohibendi, ut ne. Aut confirmandi, ut eti Priscia. con an, quidn. Aut demonstrandi, ut ev, ecce. firmantis ad Aut optandi, ut utinam. Aut interrogandi, ut uerbiū ēē di cur, quid, quare, nempe. Aut similitudinis, ut cit. Interdū ita, perinde, ueluti, cœu, itidem, quasi, qualiter, quasi respō & taliter. Aut dubitandi, ut fortasse. Aut dentis aduer personalia aduerbia sunt, ut mecum, tecum, secum. bium est, ut

Aut electiua, ut potius. Aut discretiua, ut se cui tot an orsum. Aut congregatiua, ut simul, una, pa= nos iserui, riter. Aut declinatiua, siue deriuatiua, ut fun= nempe prin ditus, & quæ his proxima sunt, ut meatim, tua= cipi gratis tim, raptim, sensim, tornatim, tractim. Aut sunt simo. Teren hortandi, ut eia. Aut uocandi, ut heus. Aut re tius in An spondendi, ut heu. Aut euentum significant, ut dria. Nem forte, fortuitu. Aut ab animo sumuntur, ut s̄a p̄e hoc sic ēē pienter, docte. Aut à corpore, ut ualenter. Aut dicturū pas extrinsecus, ut bene, fortunate, nobiliter. Aut mo trem dum significant. ut satis, largiter, nimis, parum per, plane, uaste. Positio accedit aduerbijs, c̄i quædam p̄epositiua sint, ut qualiter : quædam subiunctiua, ut taliter. Figura aduerbiorum dn

## ASPER IVNIOR

plex est. Aut enim simplicia sunt aduerbia . ut pro-  
be : aut composita , ut improbe. Qualitas &  
quantitas accidunt aduerbijs , cum aut absoluta sunt ,  
ut bene , alte. Aut comparativa , ut melius , al-  
tius. Aut superlativa , ut optime , altissime.

### ¶ De participio.

**P**articipium est pars orationis partem à nomi-  
ne , partem à uerbo , partem ab utroq; capi-  
ens . A nomine genus & casum , à uerbo tem-  
pora & significationem , ab utroq; numerum &  
figuram . Participio accidentum sex. Significatio , tem-  
pus , figura , genus , numerus , casus . Significa-  
tiones sunt quinq;. Activa quæ habet duo tempora ,  
præsens & futurum in rūs , ut legens , lectorus .  
Nam semper caret præterito . Passiva quæ & ipsa  
habet duo tempora . præteritum & futurum in dūs ,  
us lectorus , legēdus . Nā præsēs nō habet . Neutra , q; ha-  
bet præsens et futurū in rūs ut activa , ut ueniens ,uen-  
turus . Deponens ,quæ habet tria tempora , præsens ,  
præteritum & futurum in rūs , ut suspicans ,suspi-  
catus , & suspicaturus . Communis , quæ habet tem-  
pora quatuor , præsens , præteritum , & duplex fu-  
turum , ut consolans , consolatus , consolaturus &  
cōsolandus . Tempora participijs accidunt tria ,  
præsens ut legens , præteritum ut lectus , futurum ,  
ut lectorus & legendus . Animaduertendum autem  
est de temporib . & significationib . participiorum ,

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

¶ neq; aliua præterita , neque neutra : nec passiva  
præsentia recipit . Figuræ sunt due , simplex ut  
legens , composita ut relegens . Genera participiorum  
sunt quatuor , masculinum ut lectus , femininum  
ut lecta , Neutrū ut lectum , commune ut le-  
gens . Numeri sunt duo , singularis , ut legens :  
pluralis ut legentes . Casus sunt sex . Nominati-  
vus ut legens . Genitiuus ut legentis . Datiuus ut le-  
genti . Accusatiuus ut legentem . Vocatiuus ut o le-  
gens . Ablatiuus ut a legente .

### ¶ De coniunctione .

**C**Oniunctio est pars orationis copulans ordi-  
nansq; sententiam . Coniunctioni accidentunt tria .  
Vis , Figura & ordo . Vis est , cum aut com-  
plectendi sunt coniunctiones , ut & , quæ , atq; . Aut  
disiungendi , ut uel , nec , aut , ue , ne , ceterum .  
Aut dubitandi ut siue , seu , siquidem . Aut repeten-  
di , ut sed . Aut ad aliquid , ut magis . Aut rationa-  
les sunt , ut quia , ideo , propterea , enim . Aut uin-  
cunt , ut imo . Aut consentiunt , ut etiam . Aut com-  
parant , ut tam . Aut subiiciunt sententiam , ut equi-  
dem , enimuero . Aut complent , ut saltem , ta-  
men , quidem . uidelicet . Aut concludunt . quarum  
tres sunt species . Illatiuæ , ut quanq; , quamvis , &  
si . Prelatiuæ , ut si , sin . Et mediæ hoc est , quæ incho-  
ant sententiam & includunt : ut & , atq; : quas ge-  
neraliter complectendi diximus . Sunt & connexi-

## DE OCTO PARTI. ORATIONIS.

¶ ut sicutur, ergo, perinde. &c. Et ratiocinatim, ut quoniam, quoniamquidem, quandoquidem. Et superenrexiae, et alie similiter, Nam omnes suis nobis designari non possunt, propter multitudinem generum, & subtilitatem discriminum, quibus aliæ ab alijs differunt. Sed ex his omnibus has, quas enarravimus, maxime usurpant. Figura coniunctionum duplex est. Nam aut simplices sunt, ut &. si. aut compositæ, ut etenim, siquidem. Ordo coniunctionibus accedit: cum quasdam in principio ponere possumus, ut quamquam: quasdam non possumus, sed semper subiçimus, ut que, ue, ne.

¶ Vis. Hanc Diomedes, Donatus, & Priscianus potestatem appellant.

¶ Vides hic confundi quasdam inter se coniunctiones & cum adverbiosis, Itaq; Donatum de his potius uide ac consule.

### ¶ De prepositione.

P Ræpositio est pars orationis, que præposita alijs partibus orationis vim & significationem earum adiuuat. Prepositiones sunt prope modum, a, ab, cum, de, di, dis, per, præ, in, ex, inter, præter, propter, apud, penes, trans, ante, sine, erga, ob, subter, an, con, e, pro, post, circum. Certus uero numerus propter difficultatem discriminandorum ab adverbiosis & coniunctionibus significatum non potest comprehendendi. Indubi

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

tatē tamen præpositiones existimantur ablatiui casus septem. *a*, *ab*, *de*, *pro*, *ex*, *cum*, *præ*. Accusatio autem adnexe plerumq; aduerbiorū uim habent, suntq; omnino. XI. *ad*, *per*, *ob*, *post*, *trās*, *apud*, *penes*, *ante*, *prope*, *præter*, *intra*.

Vtriusq; casus sunt due, *in*, & *sub*. Aliæ præpositiones nunquam ab alijs partibus orationis separantur, & non nisi uerbis participijsq; & aduerbijs partiapriorum iunguntur. Verbis sic, cōcurrunt, recurrunt. Participijs sic, concurrens, recurrens. Aduerbijs sic, composite, exquisite, disiecte, constrictæ. Aliæ omnino alijs partibus orationis carere non possunt, ut *cum*, *apud*, *penes*, neq; alijs quam casualibus iunguntur, id est, *nominī*, *pronominī*, *Participio*. ut *cum* Cicerone, *cum* illo, cū dilecto, *Apud Ciceronem*, *apud illum*, *apud dilectum*. Penes Ciceronem, penes illum, penes dilectum. Conueniunt autem hæ casibus aut accusatiuo, aut ablatiuo. Aliæ separari, aut iungi possunt, ut *sub*, *in*, *ex*, Separantur hoc modo, *sub monte*, *ex monte*, *in monte*. Adiunguntur sic, subscribit, irrepit, excurrit.

Sed & hic prestiterit Donatum uidere, ut qui de præpositiōibus planius et copiosius agat.

De interiectione,

I Nteriectione est pars orationis affectum animi significans. Aut indignantis, ut hei. Aut recor-

ASPER IUNIOR.

dantis , ut hem. Aut silentium injungentis , ut si . Aut immutantis , ut atat , Aut admirantis , ut pape . Aut prohibentis , ut ah ah . Aut conquerentis . ut hab . Aut gementis . ut uæ uæ . Aut reficientis . ut euax . Aut irridentis , ut bou , bax , ba , bo , ua .

ÆLII DO-  
NATI VIRI CLARISSIMI DE  
OCTO PARTIBVS ORATIO  
nis editio secunda , sive ars  
secunda .

PARTES orationis sunt octo , Nomen , Pronomen , Verbum , Aduerbiūm , Particīpium , Coniunctiō , Præpositiō , Interiectiō . Ex his dñæ sunt principales partes orationis . Nomen & Verbum . Latini articulum non adnumerant : Græci interiectionem . Multi plures , multi pauciores partes orationis ponunt . Verum ex his tres sunt , que casibus inflectuntur . Nomen , Pronomen & Participium .

¶ Principales , quod sine his perfecta oratio nō consistat . Quas & Priscianus īcūrco tales censet , alias aut̄ his esse ueluti appēdices dicit . Idem quoq; orationis partem ita diffinit , pars orationis

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

(inquit) nūbil aliud est nisi uox indicans mentis cōceptum, id est, cogitationem.

### ¶ De Nominē.

**N**O M E N est parforationis cum casu corpus aut rem, proprie communiterue significans. proprie, ut Roma, Tyberis. com- muniter, ut urbs, flumen.

Nomini accidunt sex. Qualitas, Comparatio. Genus. Numerus. Figura. Casus. Nomen unius hominis. Appellatio multarum uocabulūm rerū est. Sed modo nomina generaliter dicimus.

¶ Generaliter dicimus. hoc est siue appellatio sit, siue uocabulum. Ita ut nomen sit ueluti genus ad appellationem, uocabulum, & ad ipsum no-men, quod alias unius hominis est, ut quod nunc proprium appellamus.

¶ De qualitate nominis, Et quot sint pro-priorum nominum differentiae  
siue species.

Qualitas nominum bipartita est. Aut enim pro-pria sunt nomina, aut appellativa. Propriorum no-minum secundum latinos quatuor sunt species. Præ-nomen, Nomen, Cognomen & Agnomen, ut. P. Cornelius Scipio Africanus. Omnia prænomina aut singulis literis notantur. ut. C. Cæsar. L. Catili-na. aut binis, ut Cr. Pompeius. aut ternis. ut Sex. Roscius.

## DONATVS.

¶ De nominum appellatiuorum speciebus,  
ac obiter de tribus nominum dimi-  
nutiuorum gradibus.

Appellatiuorū nominū multæ sunt species. Alia  
enim sunt corporalia, ut homo, terra, mare, Alia  
incorporalia, ut pietas, iusticia, dignitas. Alia  
sunt prime positionis, ut mons, schola. Alia deri-  
vatiua, ut montanus, scholasticus. Alia diminutiua,  
ut monticulus, scholasticulus. Diminutiuorum au-  
tem nominum tres sunt gradus, quorum forma quo  
magis minuitur, crescit sc̄pe numerus syllabarum.

Sunt etiam quasi diminutiua, quorum origo non  
cernitur, ut fabula, macula, tabula, vinculum.

Et sunt nomina tota græcæ declinatiōis, ut The-  
misto, Calipso, Pan. Sunt tota conuersa in latinā  
regulam, ut polydeuces, pollux. Odyssēus, Vlys-  
ses. Sunt inter græcam latinamq; formam, que  
notha appellātur, ut Achilles, Agamemnon. Sunt  
alia homonyma, que una appellatione plura signifi-  
cant, ut nepos, acies, aries. Sunt & alia syno-  
nyma vel polyonyma, ut terra, humus, tellus. En-  
sis, mucro, gladius.

¶ Quo magis minuitur, subaudi significatiōe hoc  
est sensu sive sententia. Seruius, sunt diminutiua  
(inquit) que sententiā minuant, & syllabis cres-  
cent non semper, ut oculus, ocellus, sed frequen-  
ter, ut agnus, agnellus. Et sunt, ut idem ait, nomi-

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

na, que quasi diminutiua habeantur, utpote sono, non etiam sensu, ut tabuia.

¶ ΘΕΜΙΣΤΩ apud Hesiodum in Theogonia nomen est unius ex filiabus Oceani & Tethyos. Sicut & ΤΗΛΕΣΩ apud eundem utriusq; : idem filia.

### ¶ De Patronymias.

Alia patronymica, ut Pelides, Atrides. Hæc et ab auis & à patribus sape fiunt. In his quæ græca sunt, siue masculina, siue fœminina fuerint, græcam magis seruabimus regulam. Et horum masculina quidem, aut in des excunt, ut Atrides ab Atreo. Aut in ius, ut Peleius à Pelco: aut in ion, ut Nerion à Nereo. Fœminina autem, aut in is excunt, ut Atreis: aut in ias, ut Pelias: aut in e, ut Nere. Sunt & ΚΤΥΤΙΚΑ . i. possessiua, quæ in ius excunt, ut Euandrius ensis. Agamemnoni & Mycenæ. Et alia mediae significationis & adiectiua, ut magnus, fortis. Dicimus enim magnus vir, fortis exercitus. Hæc etiam epitheta dicuntur. Alia qualitatis, ut bonus, malus. Alia quantitatis, ut magnus, parvus. Alia gentis, ut Grecus, Hispanus. Alia patriæ, ut Thebanus, Romanus. Alia numeri ut unus, duo. Alia ordinis, ut primus, secundus. Sed primus de multis, de duobus prior dicitur. Et sicut de duobus alterum dicimus, ita de multis aliud. Sunt alia ad aliquid dicta, ut pater, frater. Sunt alia ad

## DONATVS.

aliquid quodammodo se habentia , ut dexter , sinis-  
ter . Hec & comparatiuum gradum admittunt ,  
non dextrior , & sinistrior , sed dexterior , & si-  
nisterior . Sunt alia generalia , ut corpus , ani-  
mal . Alia specialia , ut lapis , homo , lignum .  
Alia facta de uerbo , ut dictor , factor , lector .  
Alia similia participijs , ut demens , sapiens , po-  
tens . Alia uerbis similia , ut comedo , palpo ,  
contemplator , speculator .

¶ In ius . Quæ forma magis possessuorum est .  
sed quæ tamen pro patronymicis usurpatur ple-  
rumq ; .

¶ In eōp , Hæc patronymicorum forma Ioni-  
nicae linguae propria est , ut Prisaeanus ait , & in la-  
tinum sermonem non transit , ut docet Seruius .

¶ Adiectiuum nomen est , ut Priscianus diffi-  
nit , quod adjicitur proprijs uel appellatiuis , et sig-  
nificat uel laudem , uel uituperationem , uel medi-  
um . Laudem , ut iustus . Ut uituperationem , ut in-  
iustus . Medium , ut magnus . Dicimus enim mag-  
nus imperator laudantes , & magnus latro uitupe-  
rantes .

## ¶ De comparatione .

Comparationis gradus sunt tres , Positiuus , cō-  
paratiuus , & superlatiuus . Positiuus ut fortis . Cō-  
paratiuus ut fortior . Superlatiuus , ut fortissimus .  
Sed comparatiuus gradus generis est semper com-

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

munis in or, ut in us generis neutri. Comparantur autem nomina, que aut qualitatem, aut quantitatem significant. Sed non omnia nomina per omnes gradus excunt. Aliquando enim positivus tantum inuenitur, ut mediocris. Aliquando positivus & comparativus, ut senex, senior. Iuvenis, iunior per syncopam. Aliquando positivus & superlativus, ut pius, pissimus. Nam pro secundo gradu magis adverbium ponitur, ut magis pius. Aliquando comparativus, & superlativus, ut ulterior, ultimus. Aliquando superlativus tantum, ut nouissimus. Extra hanc formam sunt, bonus, malus, magnus, parvus. Diamus enim bonus, melior, optimus. Malus, peior, pessimus. Magnus, maior, maximus. Parvus, minor, minimus.

¶ Superlativus gradus cum maxima ex parte insimus definat: ut iustus, iustior, iustissimus. est tamen quando in minus definat, ut teter, tetrior, teterimus: dexter, dexterior, dexterrimus. Est & quando in minus, ut agilis, agilior, agilimus. Est etiam quando in minus, ut maximus. In timus, ut intimus, extimus. In remus, ut extremus, supremus. In finus, ut infimus.

¶ In quibus gradibus comparatio proprie reperiatur, & quomodo hi tres gradus sepe inter se confundantur.

## DONATVS.

Comparatio nominum proprie in comparatiuo  
et superlatiuo gradu est constituta. Nam positi-  
uus perfectus et absolutius est. Sæpe autem com-  
paratiuus gradus præponitur superlatiuo, ut stul-  
tior stultissimo, maior maximo. Sæpe minus positi-  
uо significat, quamvis recipiat comparationem, ut  
mare ponticum est dulius quam cetera. Sæpe idem  
pro positivo positus minus positivo significat, quam-  
vis recipiat comparationem, et nulli comparatur,  
ut iam senior sed cruda deo viridisq; senectus. Sunt  
nomina significatione diminutiua, intellectu compa-  
ratiua, ut grandiusculus, minusculus, maiusculus.  
¶ Iam senior et c Senior hic dicitur ex parte senex,  
quem admodum exponit Priscia. Sic et secundum eun-  
de authorem. Tristior dicitur pro eo quod est ex  
parte tristis, uersu illo apud Vergi. i. Aenæi. Tristi-  
or, atq; oculos lachrymis suffusa nitentes.

### ¶ De Constructione Comparatiui et superlatiui.

Comparatiuo et superlatiuo, tam, aut minus,  
aut minime, aut magis, aut maxime adiici non opor-  
tet. Adiiciuntur autem positivo tantum. Dicimus. n. tā bo-  
nus, tam malus, minus bonus, minus malus, minime  
bonus, minime malus, magis bonus, magis malus,  
maxime bonus, maxime malus. Comparatiuus  
gradus ablatiuo casui adiungitur utriusq; numeri,  
sed tum hoc utimur, cum aliquem uel alieno uel suo  
generi

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

generi comparamus. Ut Hector fortior Diomedē de, uel audacter Trojanis fuit. Diāmus etiam fortior hic quam ille. Superlatius autem genitio tantum plurali adiungitur: sed tunc hoc utimur, cum aliquem suo generi comparamus, ut Hector fortissimus Trojanorum. Plerumq; superlatius proposituo ponitur, & nulli comparatur. ut Iupiter optimus, maximus. Interdum comparatiuus nominatiuo adiungitur, ut doctior hic quam ille.

¶ Ut Iupiter, optimus, maximus, Huius rationem reddit talem. Quia non sunt (inquit) alii Ioues, quorum unus bonus, aliis melior sit, unde possit hic dici optimus.

### ¶ De genere.

Genera nominum sunt quatuor. Masculinum, Fœmininum. Neutrum, Commune. Masculinum est, cui numero singulari, casu nominatiuo, præponitur pronomē siue articulus hic, ut hic magister, Fœmininum est, cui numero singulari, casu nominatiuo, præponitur pronomen siue articulus hec. ut hec musa. Neutrum est, cui numero singulari, casu nominatiuo præponitur pronomen siue articulus hoc, ut hoc scamnum. Commune est, quod simul masculinum & fœmininum significat, ut hic & hec sacerdos. Sed ex his uel principalia uel sola genera duo sunt, masculinum & fœmininum. Nam neutrum & commune de utroq; nascuntur. Est

## DONATVS

Viam trium generum commuue, quod omne dicitur,  
ut hic & hec & hoc foelix. Est & Epicenum i-  
promiscuum, quod sub una significatione & sub  
uno genere marem & fœminam comprehendit, ut  
hic passer, hec aquila. Sunt præterea alia sono  
masculina, intellectu fœminina, ut Eunuchus pro  
Comœdia. Horestes pro Tragedia, Centaurus pro  
naui. Alia sono fœminina, intellectu masculina, ut  
Fenestella pro scriptore: Aquila pro oratore. Alia  
sono neutra, intellectu fœminina, ut Phronesium,  
Glycerium, Sophronium, que mulierum propria  
nomina sunt. Alia sono fœminina, intellectu neutra,  
ut poema, schema. Alia sono masculina, intellectu  
neutra, ut pelagus, uulgus.

¶ Ut Eunuchus pro comœdia. Sic Terentius  
in prologo Eunuchi, Eunuchum suam dixit, Sic  
& a Vir. in quinto Aenaidos. Centaurus pro naui  
usurpat genere fœminino. Centauro inuchitur  
magna, scillaq; Cloanthus.

¶ Que nomina genera mutent.

Sunt præterea nomina in singulari numero alie-  
rius generis, et alterius in plurali, ut balneū, tarta-  
rus, cœlum, porrum, cepe, loca, fori nauium.  
Sunt item nomina incerti generis inter masculinum &  
& fœmininū, ut cortex, uarix, silex, finis, stirps,  
pinus, pampinus, dies. Sunt incerti generis in-  
ter masculinum & neutrū, ut penis, clypeus,

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS

unius, specus. Sunt nomina incerti generis inter  
fœmininum & neutrum, ut buxus, pirus, pinus,  
malus. Sed neutro genere fructum, fœminino ipsas  
arbore s s̄ape dicimus. Sunt etiam genera nomi-  
num fixa, sunt mobilia. Fixa sunt, quæ in alterum  
genus flecti non possunt, ut pater, mater, soror.

Mobilia autem, aut propria sunt, & duo gene-  
ra ex se faciunt, ut Caius, Caia. Martius, Martia.

Aut appellativa sunt, & tria genera faciunt, ut  
bonus, bona, bonum: malus, mala, malum. Sunt itē  
alia nec in totū fixa, nec in totum mobilia, ut Dra-  
eo. dracena: Leo, leæna: gallus, gallina: rex.  
regina. Sunt diminutiua, quæ non seruant gene-  
ra, quæ ex nominibus prime positionis acceperunt,  
ut hoc scutum, hæc scutella: hoc pistrinum, hæc  
pistrilla: hic canis, hæc canicula: hæc rana, hic  
ranunculus: hæc statua, hic statunculus.

¶ Adduntur a Prisciano hic anguis, hæc anguil-  
la: hic unguis, hæc unguia: hæc acus, hic aculeus:  
hæc beta: hic betunculus: hic ensis, hæc ensicula,  
sed & ensiculus dicitur.

¶ De generibus nominum quædam regulæ  
generales iuxta numerum & ordi-  
nem quinq; uocalium.

**N**OMEN in a uocalem desinens nomina-  
tuō casu, numero singulari, aut masculi-  
num est, ut Agrippa, aut fœmininum. ut

## DONATVS,

Martia . Aut neutrum: quod tantum græcum est , ut toreuma : aut commune , ut aduena : Aut epice= num , ut aquila . Nomen in e uocalem definens nominatiuo casu , numero singulari , aut fœmininū græcum est , ut Euterpe : aut neutrum , ut sedile . Nomen in i uocalem definens nominatiuo casu , nu= mero singulari , aut neutrum græcum est , ut gum= mi , sinapi : aut trium generum & aptoton , ut fru= gi , nibili . Nomen in o uocalem definens nomina= tiuo casu , numero singulari , aut masculinum est . ut Scipio : aut fœmininum . ut Iuno : aut commune , ut homo . Nomen in u uocalem definens nomina= tiuo casu , numero singulari tantum neutrum est , ut cornu , gelu , genu , ueru . Sed h.ec nomina que in consonantes definunt , diuersas regulas & mul= tiplices habent .

### ¶ De numero .

Numeri sunt duo : Singularis , ut hic sapiens . Pluralis , ut hi sapientes , Et est dualis numerus , qui singulariter enuntiari non potest , ut hi ambo , & hi duo . Sunt etiam nomina numero communia , ut nubes , dies . Sunt semper singulalia masculi= ni generis , ut puluis , sanguis . Sunt semper plus= ralia , ut manes , quirites . Sunt semper singula= ria generis fœminini , ut pax , lux . Sunt semper pluralia , ut Calende , nundine , feriae , quadrigae , nup= tie , scalæ , scopæ . Sunt semper singularia generis

**DE OCTO PARTIB. ORATIONIS,**  
neutri, ut pus, uirus, aurum, argentum, ferrum,  
oleum, triticum, & cætera fere, que ad mensu=  
ram pondusue referuntur: quamquam multa con=

suetudine usurpata sunt, ut uina, mella, hordea.

Sunt semper pluralia eiusdem generis, ut arma,  
menia, floralia, saturnalia. Sunt quædam posi=

tione singularia, intellectu pluralia, ut populus,  
conuentus, contio, plebs, multitudo, Sunt quædam

positione pluralia, intellectu singularia, ut Athe=

ne, Cumæ, Thebe, Mycene.

**T** De figura, & quot modis nomina com=

ponantur, & quomodo composi=

ta nomina declinentur.

Figuræ nominibus accidunt due, Simplex, &  
composita. Simplex, ut doctus, prudens: Com=

posita, ut indoctus, imprudens. Componuntur au-

tem nomina modis quatuor: ex duobus integris, ut

suburbanus: ex duobus corruptis, ut efficax, muni-

ceps: ex integro & corrupto, ut ineptus, insulsus:

ex corrupto & integro, ut omnipotens, nugige-  
rulus. Componuntur etiam ex pluribus, ut im-

expugnabilis, imperterritus. In declinatione co-

positorum nominum animaduertere debemus, quod

ea que ex duobus nominatiuis composita fuerint,

per omnes casus ex utraq; parte declinari possunt,

ut equesromanus, prætorurbanus. Quæ ex no-

minatiuo & quolibet alio casu composita fuerint:

## DONATVS

ea parte declinantur tantum , qua fuerit nominatio  
nus casus , ut præfclusequitum , senatus consultū .  
Prouidendum est autē ne ea nomina componamus ,  
que aut composita sunt , aut componi omnino non  
possunt.

¶ Prouid. ē aut̄. Videtur ( Sergius ait ) Dona. hic  
sibi cōtrauēire , ut q̄ paulo ante docuerit ex pluribus  
posse componi nomina , ut inexpugnabilis , imper= territus , Sed id ita non est , atq; ideo quod dictum  
est , talem sensum habet , ut liceat nobis bis nomen cō ponere , sed tum , cum prior compositio sensum no minis in contrarium non uertit , ut territus , perter= ritus , imperterritus . Alias id minime licebit , ut Do natus ait . Hinc indoctus aliam non admittit com positionem , quia sensu a suo simplici uariat .

## ¶ De casu .

Casus nominum sunt sex , Nominatiuus , Ge nitiuus , Datiuus , Accusatiuus , Vocatiuus & Ab latiuus . Ex his duo recti appellātur , Nominatiuus & uocatiuus : Reliqui autem obliqui . Ablatiū græci non habent . Hunc quidam septimum , non = nulli sextum casum appellant . Est autem nominatiuus ut hic Cato . Genitiuus huius Catonis . Da tiuus huic Catoni . Accusatiuus hunc Catonem . Vocatiuus o Cato . Ablatiuus ab hoc Catone . Qui dam etiam adsumunt septimum casum , qui est ablatiū similiis , sed sine prepositione a uel ab , ut sit ab

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

Iatius casus ab rectore uenio: septimus casus oratore magistro utor.

¶ Sic cum dico (ut Quintiliani exemplo utar) hasta percussi, non utor ablatiui natura, sed septimi casus. Quem tamen casum Priscianus solus inter grūmaticos uidetur nō recipere. Quippe qđ (ut ipse ait) præpositio addita uel substracta minime mutare ualet casus vim.

¶ De sex formis casualibus, & quos casus nomina sibi asciscant.

Sunt autem forme casuales sex, ex quibus sunt nomina alia monoptota, alia diptota, alia triptota, alia tetraptota, alia pentaptota, alia hexaptota. Sunt præter hæc aptota, que neq; per casus neq; per numeros declinantur, ut frugi, nihili, nequam, fas, nefas, nugas. In qua forma sunt etiam nomina numerorum à quatuor usq; ad centū. Nam ab uno usq; ad tres per omnes casus numeri declinātur. Item à ducentis & deinceps præter milie. Sunt & nomina, quorum nominatiuus in usu non est, ut si quis dicat hunc laterem, ab hac ditione. Item per cæteros quoq; casus nomina multa deficiunt, ut sponte, tabo. Sunt præterea nomina, quorum alia genitiuum casum trahunt, ut ignarus belli: securus amorum. Alia datium, ut imicus malis, congruus paribus: Alia accusatiuum sed figurata, ut exsus bella, præscius futura:

## DONATVS.

Alia ablatiuum , ut secundus à Romulo , alter à Syl  
la . Alia septimum casum , ut dignus munere , ma-  
ctus uirtute . Omnia nomina ablatiuo casu numero  
singulari quinq; literis uocalibus terminantur : sed  
ea dumtaxat , quæ aptota non sunt . In illis enim  
regula non tenetur .

¶ Figurate . Quod ut Priscianus ait , partici-  
piorū loca posita , illorum uidentur constructionem  
seruasse . Legitur tamē iuxta candem figuram hor-  
ridus barbam , flauus capillos .

¶ De genitiuo & datiuo & ablatiuo plu-  
ralibus quedam regulæ .

### ¶ Regula prima.

**Q**uæcunq; nomina ablatiuo casu singulari,  
a , litera fuerint terminata , genitiuum plus  
ralem in rum syllabam mittunt , datiuum  
& ablatiuum in is , ut ab hac musa , harum musa-  
rum , his & ab his musis . Necesse est autem contra  
hanc regulam , ut declinentur ea nomina , in quibus  
genera discernenda sunt , ut ab hac dea , harum  
dearum , his & ab his deabus : Ne si dijs dixerimus ,  
deos non deas significare uideamur .

¶ Ab his deabus . Ad eundem modū & filiabus ,  
& mulibus , & asinabus , & libertabus dicitur , &  
natabus , si Prisciani sequimur autoritatem .

### ¶ Regula secunda.

Quæcunq; nomina ablatiuo singulari . c , lite-

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

ra correpta terminata fuerint, genitium pluralē in unum syllabam mittunt, datiuū & ablatiuū in bus, ut ab hoc pariete, horum parietum, his & ab parietibus. Contra hanc regulam inuenimus ab hoc uase, horum uasorum, his & ab his uasis. Si uero & producta fuerint terminata: genitium pluralē in rum syllabam mittunt, datiuū & ablatiuū in bus, ut ab hac re, harum rerum, his & ab his rebus,

Sed hec regula proprie fœminini generis putatur.

¶ Sed hec regula. hoc est posterior regula pars. Nam quītæ de nomina oīa fœminini ge. sunt, excipiatur dies, quod in nūero singulari generis dubij est, in numero uero pluriā masculini tantum: excipiatur & eius compositum meridies, quod generis est masculini. Ergo quod dictum est proprie fœminini generis putatur, intellige nominum quintæ declinationis.

### ¶ Regula tertia,

Quæcunq; nomina ablatiō casu singulari, litera fuerint terminata, genitium pluralē in iūm mittunt, & datiuū et ablatiuū in bus, ut ab hac puppi, harum puppium, his ab his puppibus. Huiusmodi præterea nomina casum accusatiūm pluralem propter differentiam melius in is quam in es, syllabam terminant, ut has puppis, nauis, clavis. Quia puppim, nauim, clavim, et nō puppem, nam

DONATVS.

uem, clauem dicimus.

Quia puppim, nauim &c. Hanc particulam re-  
gula sequenti corrigit, cum ait. Horum multa  
tamen cernimus &c.

Tres regule speciales de nominibus, quo  
rum genitiuus pluralis in  
ium definit.

**E**ORVM autem nominum, quæ genitiuo ca-  
su plurali in ium syllabam exire possunt, tri-  
na regula est. Prima eorum est, quæ no-  
minatiuo casu singulari n, & s, literis terminantur.  
ut mons montium. Altera eorum, quæ ablatiuo  
casu singulari e, correpta finiuntur, & foemina  
sunt, ut ab hac clade, harum cladium, his & ab  
his cladibus: & ab hac cæde, harum cædium, his  
& ab his cædibus. Tertia eorum, quæ ablatiuo  
casu singulari i, litera terminantur, ut ab hac resti,  
harum restium, his & ab his restibus. Sed hæc re-  
gula etiam accusatiuum singularem interdum per  
im syllabam terminat, ut hanc restim, & hanc pup-  
pim. Horum multa tamen cernimus consuetudine  
commutata.

¶ Sed hæc regula etiam accu. fin. interdū &c.  
hoc est quædam nomina, quæ sub hanc regulam ca-  
dunt, per im syll. terminant accusatiuum. Vnde &  
ipse Donatus per correctionem subdit. Horū multa  
tamen cernimus consuetudine commutata.

## DE OCTO PARTI. ORATIONIS.

Quippe q̄ & alia multa sint, que accusatinum non per im tantū, sed & per em facere probantur. Sic restim & restem, puppim & puppem, secu= rim & securem. Verg. in. ij. Aenaidos. Taurus & incertam excussit ceruice securim. Idem in. xi. Telaq; & aeratam quatiens tarpeia securem. Author est Priscianus lib. vij. Id quod Donatus paulo infra consuetudini potius & authoritati q̄ ar ti tribuere uidetur, ubi dicit. Horum multa tamen cernimus consuetudine mutata.

### ¶ Regula quarta.

Quocunq; nomina ablativo casu singulari o li= tera fuerint terminata, genitiū pluralem in rum syllabam mittunt, datiuū & ablatiuū in is, ut ab hoc docto, horū doctorū, his & ab his doctis. Cōtra hanc regulam inuenimus ab hac domo harum do morum, his & ab his domibus: & ab hoc iugero, horum iugerum, his & ab his ingeribus. Sed sci= re debemus multa quidem ueteres aliter declinasse. ut ab hac domu, harum domuum, his & ab his domibus: & ab hoc iugere, horum iugerum, his et ab his ingeribus. Verum meminerimus euphoni= am in dictionibus plus interdum ualere, quam ana= logiam & regulam præceptorum,

¶ Euphonia a Prisciano interpretatur bona so= noritas, que tamen elegantius a Quintiliano libro primo transfertur uocalitas. Cuius in eo (inquit)

## DONATVS.

delectus est , ut inter duo , que idem significant , ac tantundem ualent , quod melius sonet , malis . Analogia autem ab eodem transfertur proportio , que a Diomede describitur , Sermonis a natura proditi ordinatio . Ab alijs ratio quædam per similitudinem declinandi . Vel ut Sergius diffinit , ratio declinatio- nis nominum inter se omni ex parte similium , quem latius hæc prosequentem uide .

### ¶ Regula quinta.

Quæcunq; nomina ablatiuo casu singulari u , li- tera fuerint terminata , genitium pluralem in una syllabam mittunt geminata u , litera , datiuum & ablatiuum in bus , ut ab hoc fluctu , horum fluctu- um , his & ab his fluctibus . Nam nihil necesse est retinere u , literam , & fluctibus dicere , cum artu- bus necessitate dicamus : ne quis nos artes non artus significare uelle existimet . In has regulas non ue- niunt , ut dictum est , aptota nomina , ut fas , nefas , nequam , nihil . Non ueniunt tantum pluralia , ut saturnalia , uulcanalia , compitalia . Non ueniunt que a græcis sumpsimus , ut emblema , epigramma , schema , poëma , stemma . Nam huius formæ nomi- na ueteres etiam fœminino genere declinabant . In his regulis Analogia uel ex collatione positiuorunt nominum , uel ex diminutione cognoscitur . Me minerimus hæc græca nomina ad græcam formans melius declinari , & si illa nonnulli ad latinos casus

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS. conantur flectere.

¶ Nam huius forme. Sie schema apud Plautum  
in Amphitryone foemino genere usurpatum est, i.e  
ste etiam Probo grammatico , cum dixit , Cum ser=  
uili schema. Vide de hoc & Priscia. in sexto.

¶ Quibus & quot literis no=

mina terminentur .

Sane sciendum quod duodecim literis omnia no=

mina latina casu nominatiuo , numero singulari ter

minantur , uocalibus quinq; , a , e , i , o , u , Semiuo

calibus sex , l , m , n , r , s , x . Muta una , t . A. ut

tabula : e , ut sedile : i , ut frugi : o , ut ratio : u , ut

genu : l , ut mel : m , ut scamnum : n , ut flumen : r ,

ut arbor : s , ut flos : x , ut nox : t , ut caput , Qui

dam adiiciunt e , ut lac & halee .

¶ De nomine lac ueteres uariabant . Nam lact  
per duas consonates , ut Martianus Capella testa=  
tur , proferebant . Quidam non lact sed lacte in no  
minatiuo dixerunt , Hinc Plaut . in Menechmis .  
Nec aqua aquæ , nec lacte lacti crede mihi , usquam  
similuis , quam hic tui est , tuq; huius . Annotatū  
est & hoc a Prisciano libro sexto . Vergilius  
tamen dixit . Lac mihi non aestate nouum , nec fri=  
gore defit .

P Ronomen est parsortionis , que pro nomi=

ne posita tantundem pene significat , inter=

## DONATVS.

dumq; personam recipit. Pronomini accidente sex. Qualitas, Genus, Numerus, Figura, Persona, Casus.

¶ Tantundem additum est quod ( ut Scruius hanc Donati diffinitionem exponens ait ) pronomina licet nominum uim exprimant, non tamen plene exprimunt. Nomina enim posita plena faciunt elocutiones, pronomina semiplena: ut si quis dicat, Vergilius scripsit bucolica, ipse scripsit & Georgica.

## ¶ De Qualitate.

Qualitas pronomini duplex est. Aut enim finita sunt pronomina, aut infinita. Finita sunt, qua recipiunt personas, ut ego, tu, ille. Infinita, qua non recipiunt personas, ut quis, quæ, quod.

Sunt etiam pronomina minus quam finita, ut ipse, iste. Sunt prepositiva, ut quis, hic. Sunt subiunctiva, ut is, idem. Sunt alia gentis, ut cuias, nostras, ciatis, nostratis. Alia ordinis, ut quotus, totus. Alia numeri, ut quot, tot. Alia ad aliquid dicta infinita, que nec personam, nec locum, nec tempus designant, ut cuius, cuia, cuium,

Alia ad aliquid dicta finita, ut meus, tuus, suus. Hæc etiam possessiva dicuntur. Sunt item alia qualitatis, ut qualis, talis. Alia quantitatis, ut quantus, tantus. Sunt alia demonstrativa, que rea presentem notant, ut hic, hæc, hoc. Alia

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

relativa, quæ rem absentem significant, ut is, ea. id. Sunt alia magis demonstrativa, ut ecclum, ecclam, ellum.

¶ Recipiunt personas, id est (ut idē Seruius exponit) diffiniunt & demonstrant personas. Et sunt tantum tria, Ego, tu, ille. Sed ille uariat. Nā si ad præsentis personam referatur, tunc recte finitum est. Si de absente dicatur, minus quam finitum est. Et de his Seruum ipsum latius hec tractantem uide.

### ¶ De genere & numero pronominis

Genera pronominibus ita ut nominibus accidunt penè omnia. Masculinum, ut quis. Fœmininum, ut quæ. Neutrūm, ut quod. Commune, ut qualis, talis. Trium generum, ut ego, tu, sui. Numerus accidit pronominibus uterque. Singularis, ut iste. Pluralis ut isti. Sunt etiā numero cōmunita, ut q, quæ. Dicimus enīm, qui uir, & qui uiri: quæ mulier, & quæ mulieres. Sunt pronomina tota singularia, ut meus, tuus, suus. Sunt tota pluralia, ut nostri, uestri. Sunt ex parte singularia, ut mei, tui. Ex parte pluralia, ut noster, uester.

### ¶ De figura & persona pronominis.

Figura etiā in pronominibus duplex est. Aut enim simplicia sunt pronomina, ut quis. Aut composita, ut quisquis. Nam composita pronomina secundum formam nominum ex ea parte de-

## DONATVS,

clinantur, qua pronomen fuerit casus nominatiū.

Cuius rei exempla sunt, quisquis, quisnam, quispiam, aliquis & cetera. Nam idem, quod constat ex duobus corruptis, cum producitur, masculinum pronomen est, cum corripitur, neutrum.

Hic correptum pronomen est: Hic productum adverbium loci. Personae finitis pronominibus accidunt tres. Prima, ut ego. Secunda, ut tu. Tertia, ut ille. Sed prima & secunda generis sunt omnis. Et persona quidem prima in hoc pronomine cum est numeri singularis, vocatiū cōsum non habet, pluralis vero habet.

¶ Habet, idq; subaudi non nisi cum exclamatio sit, ut nult Diomedes, ut o nos fœlices. Quod tamen Prisci. nullo modo admittendū putat. Et prima quidem persona & tertia (inqnit) vocatiū casum habere non possunt. Quippe quod vocatiū proprius est secundæ personæ, ut ad quem sermo dirigitur, quod propriū est secundæ personæ

## ¶ De Casu.

Casus item pronominum sex sunt. quemadmodum nominum. Nominatiū ut hic. Genitiū, ut huius. Datiū, ut huic. Accusatiū, ut hunc. Vocatiū ut o, Ablatiū, ut ab hoc. Sunt pronomina, que non per omnes casus declinantur, ut ecum, ecceam, ellum: cuius, cuia, cuium, cuiatis, nostratis. Sunt etiam alia sine nominatiū & vocatiū,

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

catiuo , ut sui , sibi , se , a se . Hec etiam nūeri sunt communis . Sunt item sine uocatiuo ut ego , mei uel mis , mihi , me , a me . Nullum autem pronomen recipit comparationem , quamvis qualitatem aut quantitatem significet .

### ¶ Quid intersit inter pronomina ⁊ articulos .

Inter pronomina ⁊ articulos hoc interest , quod pronomina ea putantur , que cum sola sunt , uicem nominis compleat , ut quis , ille , iste . Articuli uero qui in declinationibus , aut nominibus , aut participijs adiunguntur , ut hic , huius , huic , hunc , o , ab hoc . Et pluraliter hi , horum , his , hos , o , ab his .

Hec eadem pronomina ⁊ pro articulis ⁊ pro demonstratione ponuntur . Neuter , uter , unus , omnis , alter , alias , ullus , ambo , uterq; , sunt qui pronomina existiment , eo quod articulis in declinacione non indigent .

¶ Pro articulis quidem , ut cum dicimus hic eneas , huius æneæ . Quippe quod tunc non fungantur eorum nominum ( quæ præsentia sunt ) officio , Pro demonstratione uero , cum sine nominibus sunt , ⁊ absentium nominum personas implent , ut hic ⁊ hæc ⁊ hoc . Pro demonstratione autem dictum . i. pro demonstratiuis pronominibus .

### ¶ De uerbo .

D

DONATUS

**V**ERBVM est pars orationis cum tempore & persona sine casu , aut agere aliquid aut pati , aut neutrum significans . Verbo accidunt septem . Qualitas , coniugatio , genus , numerus , figura , tempus , persona .

¶ De qualitate uerborum.

Qualitas uerborum in modis & in formis est .

Modi autem sunt , ut multi existimant , septem . Indicatiuus , qui & pronunciatiuus dicitur , ut lego . Imperatiuus , ut lege . Promissiuus , ut legam . Sed nos hunc modum non accipimus . Optatiuus , ut uti nam legerem . Subiunctiuus , ut cum legam . Infinitiuus , ut legere . Impersonalis , ut legitur . Sed hunc modum quidam pro genere & significatione uerbi scipiunt . Cuius quidem uerba , aut in tur exequunt , aut in it , aut in et . Sed que in tur aut in it exequunt , haec ab indicatiuo oriuntur , ut lego , legitur : contingo , contingit . Que autem in et exequunt , duas formas habent . Alia enim ab indicatiuo ueniunt , ut misereor , miseret . Alia a se oriuntur , ut pudet , taret , pœnitet , libet . Quāuis ueteres dixerint pudeo , tædeo , & pœniteo . Qualitas uerborum etiam in formis ( ut dictum est ) constituta est : quas formas alij uerborū generibus . i. significationibus admiscunt .

¶ Sed hunc modum . Frisia . li . vii . de modis uerborum . Impersonale ( inquit ) uerbum suæ cunctis

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

dam est significationis. Atq; Diomedes de ipso inter uerborū modos ita loquitur , & quasi dubitet, nihil decernit . Quinq; esse uerborum modos ( inquit ) omnes fere grammatici consentiunt . Nam qui sex uoluerunt , alij promissuum , quidam impersonale coniungunt . Qui amplius , priorib. percontatiuum assumunt . Qui nouem , coniunctiuum a subiunctivo separant . Qui decem , etiam adhortatiuum adscribunt . Verum ex his , ut ipsa declinatio uerborum exposat , impersonalis & participialis modus a quibusdam admittuntur .

¶ Quamuis ueteres dixerint pudeo &c. Plautus , in Cassina , actu quinto . Ita nunc pudeo .

### ¶ De formis uerborum.

Formæ igitur quatuor sunt . Perfecta . Meditativa . Inchoativa . Frequentativa . Nam & in his græca lingua deficit . Perfecta ut lego . Meditative , ut lecturio . Frequentativa , ut lectito . Inchoativa , ut feruesco , calesco . Sed frequentativa uerba semper primæ coniugationis sunt . Inchoativa non per omnia tempora declinantur : quia quæ inchoantur , præteritum tempus non habent , & oriuntur à neutralib. uerbis . Sunt etiam frequentativa de nomine uenientia , ut patrizo , græizo . Sunt quasi diuinutia , q; à perfecta forma ueniunt , ut sorbillio , fugillo . Sunt sine origine perfectæ formæ , ut pitiffo , uacillo . Frequentativa sæpe in tres gradus deduc-

## DONATVS.

cunt uerbum , ut curro , curso , cursito . Sæpe ita  
duos tantum , ut uolo , uolito . Sunt uerba inchoati-  
uis similia , quæ inchoatiua non esse temporum con-  
sideratione dignoscimus , ut compesco , compescui .  
Sunt item inchoatiua , quæ à perfecta forma ueni-  
unt , ut horreo , horresco . Sunt quæ originem sui nō  
habent , ut consuesco , quiesco .

## ¶ De coniugatione .

Coniugationes accidunt uerbis tres . prima . Se-  
cunda . Tertia . Prima est , quæ indicatio modo , tempore præsenti , numero singulari , secunda  
persona , uerbo actio & neutrali , a productâ habet  
ante nouissimam literam : Passiuo autem , & com-  
muni , & deponenti , ante nouissimam syllabam , ut  
uoco , uocas : uocor , uocaris : & futurum tem-  
pus eiusdem modi in bo & in bor syllabam mittit ,  
ut uoco , uocabo : uocor , uocabor . Secunda est , quæ  
indicatio modo , tempore præsenti , numero singu-  
lari , secunda persona , uerbo actiuo & neutrali ,  
& productam habet ante nouissimam literam : pas-  
siuo autem & communi & deponenti ante nouissi-  
mam syllabam , ut moneo , mones : moncor , mone-  
ris : & futurum tempus eiusdem modi in bo & in  
bor syllabam mittit , ut moneo , monebo : moncor ,  
monebor . Tertia est , quæ indicatio modo , tem-  
pore præsenti , numero singulari , secundâ persona  
uerbo actiuo , & neutrali i , literam interdum cor-

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

reptam, interdum productam habet ante nouissimam literam: passiuo autem & communi & deponenti receptam, uel i productam ante nouissimam syllabam, ut lego legis: legor, legeris: audio, audis: audior, audiris. Et futurum tempus eiusdem modi in am & in ar syllabam mittit: ut lego, legam: legor, legar: audio, audiam: audior, audiar. Est altera species tertiae coniugationis, quae i producta enuntiatur. Hanc non nulli quartam esse coniugationem putant, quod futurum tempus eiusdem modi in am & in ar, & in bo & in bor syllabam mittit, ut Seruio, seruis: seruiam, uel seruibo. Vincio uincas: uinciam uel uincibo, uincior uinciris, uinciar uel uinabor. Quod quidam refutantes negant in bo & in bor, rite exire posse tertiam coniugationem, nisi in eo uerbo, quod in prima persona indicatiui modi, temporis praesentis, numeri singularis, e ante o habuerit, ut eo, queo: eam, queam: uel ibo, quibo: & passiuo queor, quear, uel quibor: & si qua sunt similia.

¶ Coniugatio uerborum a Prisciano diffinitur consequens uerborum declinatio: quam & ita dictam putat, quod una eademque ratione declinatio-  
nis plurima coniungentur uerba.

### ¶ De genere.

Genera uerborū, quae ab alijs significaciones dī-  
cuntur, sunt quinque. Activa. Passiva. Neutra.

## DONATVS.

Communia. Deponentia. Actiua sunt, quæ o litera terminantur, & accepta r litera faciunt ex se passiua, ut lego, legor. Passiua sunt, quæ r litera terminantur, & ea amissa redeunt in actiua, ut legor, lego. Neutra sunt, quæ o litera terminantur, & accepta r, litera latina non sunt, ut sto, curro. Sunt præterea neutra, quæ i, litera terminantur, ut odi, noui, cœpi, memini. Sunt item quæ in un syllabam desinunt, ut sum, prosum, obsum. Sunt item: quæ t litera exēunt, & impersonalia dicuntur, ut pudet, tñdet, Pœnitet, libet, oportet.

Sed hæc & similia defectiua existimanda sunt. Sunt præterea neutropassiua, ut gaudeo, gauisus sum: soleo, solitus sum: audeo, ausus sum: fio, factus sum: fido, fisis sum. Deponentia sunt, quæ r, litera terminantur, & ea amissa latina non sunt, ut conuictor, collector. Communia sunt, quæ r, litera terminantur, & in duas formas cadunt patientis & agentis: ut scrutor, criminor. Dicimus enim scrutor te, & scrutor à te. Criminor te, & criminor à te. Sunt uerba extra hanc regulam, quæ in equalia dicuntur, ut soleo, facio, fio, fido, audeo, gaudeo, uestor, fero, medeor, edo, pando, mando, nolo, uolo, malo, eo. Sunt quæ declinari rite non possunt, ut cedo, aui, salue, faxo faxis, infit, inquā, quæso, aio. Sunt itē monosyllaba, quæ etiam extra regulam sola sunt pro-

Huiusmodi  
græcis & vñ  
uæta dicū  
tur.

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

ducta, ut sto, do, flo, no. Sunt uerba incerte significationis, ut tondeo, labo, fabrico, punio. munio, patior, muncro, populor, assertior, adulator, luctor, auguror. Hæc enim omnia uerba & in o, & in r, literas finiuntur, & his uerbis tempora participiorum accidunt pene omnia.

¶ Que a Latinis genera siue significationes uerborum dicuntur, a Græcis διαθέσεις appellantur, hoc est, dispositiones.

¶ Ut odi, nomi, cœpi, memini, Hæc & defectiua dicuntur, quod præter præteritum perfectum, & que ab hoc deducuntur, ceteris temporibus ca-reant. Vtriusque tamen temporis significationem retinent & præsenis & præteriti.

## ¶ De numero & figura.

Numeri uerbis accidentunt duo. Singularis & pluralis. Singularis, ut lego : Pluralis, ut legimus : Et secundum quosdam dualis, ut legere. Figura uerborum duæ sunt. Aut enim simplicia sunt uerba, ut scribo: aut composita, ut describo. Componuntur etiam uerba quatuor modis, sicut et ceteræ partes orationis ex duobus corruptis, ut oficio : ex duobus integris, ut abduco : ex corrupto & integro, ut alligo : ex Integro & corrupto, ut defringo. Sunt uerba composita, que simplicia fieri possunt, ut repono, distraho. Sunt que non possunt, ut suspicio, compleo. Sunt item

## DONATVS.

uerba quæ componere possumus ut pono , traho &c  
pono , retraho . Sunt quæ componi non possunt,  
ut aio , quæ so .

### ¶ De tempore .

Tempora uerbis accidunt tria , præsens , preteritum & futurum . Præsens ut lego : præteritum , ut legi : futurum ut legam . Præteriti temporis differentiae sunt tres imperfecta , perfecta , & plusquam perfecta . Imperfecta , ut legebam : perfecta , ut legi : plusquamperfecta , ut legeram . Ergo in declinatione uerborum quinq; tempora numeramus , præsens , præteritum imperfectum , præteritū perfectū , præteritum plusquamperfectum , & futurum .

### ¶ De persona .

Personæ uerbis accidunt tres , prima , secunda , tertia . Prima est , quæ dicit , ut lego . Secunda , cui dicitur , ut legis . Tertia , de qua dicitur , ut legit . Sed primapersona non indiget casu , sed admissit plerumq; nominatiuum , ut uerberor innocens : liber seruio . Secunda persona trahit casum uocatiuum , ut uerberaris innocens : seruis liber .

Tertia trahit nominatiuum , ut uerberatur innocens , & seruit liber . Quinetiam uerba impersonalia , quæ in tur excent , casui seruiunt datiuo & ablatiuo , ut geritur à me , a te , ab illo : dicitur et mihi tibi , illi . Quæ uero in it excent , casui seruiunt datiuo , ut contingit mihi , tibi , illi . Quæ uero

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

In et ea modo datiuo , modo accusatiuo casui ser-  
uiunt . Datiuo , ut libet mihi , tibi , illi . Accusati-  
uo , ut decet me , te , illum . Sunt uerba præte-  
rea , quorum alia genitiui casus formulam seruant ,  
ut misereor mei , tui , sui . Alia datiui , ut maledico  
tibi , suadeo illi . Alia accusatiui , ut accuso illum , in-  
uoco illum . Alia ablatiui , ut discedo ab illo : auer-  
tor ab illo . Alia septimi casus , ut fruor agro ,  
potior auro .

¶ Admittit plerumq; ex c. idq; subaudi uel em-  
phastios uel discretionis causa . Emphastios qui-  
dem , hoc est maioris significationis causa , ut apud  
Terentium in Andria . Ego tibi furcifer ( si uiuo )  
ostendam , quid sit periculi dominum fallere . Discre-  
tionis uero , ut si quis dicat . Ego hoc feci , ut hac  
locutione intelligatur non aliis quispiam idem fe-  
tisse .

¶ Verba ante o literam aut uocales habent ,  
aut consonantes : ex quot modis  
defectiva uerba habeantur .

O M N I A uerba modi indicatiui , temporis  
præsentis , numeri singularis , prime perso-  
nae , aut e , aut i , aut u , ante o habent . Si  
autem uocalem ante o literam non habuerint , ex-  
ceptis F , ex K , ex q , cæteras omnes latinas con-  
sonantes recipiunt . E , ut sedeo : i ut iacio : u ut  
ruo . B , ut bibo . C , ut uoco . D , ut uado . G , ut ago ,

DONATVS.

M , ut traho . L , ut impello : M , ut amo . N ut ca-  
no . P , ut scalpo . R , ut curro . S , ut lasso . T ut  
peto . X . ut texo . His accedunt i , & u , pro con-  
sonantibus , ut aio , adiuuo . Nam triumpho per p  
& h , scribitur . K , o literæ non preponitur .

Item q sine u preferri o literæ non potest .  
Sunt uerba defectiva alia per modos , ut cedo : alia  
per formas , ut facessō . Alia per conjugationes , ut  
adsum , Alia per genera , ut gaudeo . Alia per nu-  
meros , ut faxo , Alia per figurās , ut impleo . Alia  
per tempora , ut fero . Alia per personas ut te-  
det . Verba quoq; impersonalia , cum per omnes  
modos declinari non possint , inueniuntur quedam  
defectiva , ut liquet , miseret .

¶ Ante o habēt . Roboo tamen legitur , ut apud Ver-  
gilium . Reboant syluci & magnus olympus . Sed  
gracū id est . Ideo mirū non est , si contra regulam  
ueniat . Et id quidem etiam a Sergio adnotatum  
est .

¶ Faceſſo . Ideo per formas defectuum habe-  
tur : quod cum perfectum non sit , ad nullam tamen  
supradictam formam reduci potest : quamvis Pri-  
ſcianus nō incongrue desiderativa huic modi uerba  
nominari posse putet .

¶ Per genera . ut gaudeo : quia nec actiuum .  
nec passiuum , nec neutrum propriè dici potest præ-  
teriti perfecti ratione .

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS,

¶ Liquet et miseret inter impersonalia, quod  
præteritis perfectis careant, defectiva habentur.

¶ De aduerbio.

**A**D VERBIVM est pars orationis, quæ  
adiecta uerbo significationem eius aut cō-  
plet, aut mutat, aut minuit, ut iam faciam,  
uel non faciam, parum faciam. Aduerbia aut à se  
nascuntur, ut heri, hodie nuper: aut ab alijs par-  
tibus orationis ueniunt. Veniunt autem à nomine  
appellatiuo, ut doctus, docte: A proprio, ut Tul-  
lius, Tulliane: A uocabulo, ut ostium, ostiatim:  
A pronomine, ut meam, tuatim: A uerbo:  
ut cursim, strictim: A nomine et uerbo, ut pede-  
tentim: A participio, ut indulgens, indulgenter:  
A nomine uenientia, aut in a exeunt, ut una.  
Aut in e productam, ut docte: Aut in e correptam,  
ut rite: Aut in i, ut uersperi. Aut in o productam,  
ut falso: Aut in o correptam, ut modo: Aut in u,  
ut noctu: Aut in l, ut semel: Aut in m, ut pa-  
latim: Aut in r, ut breuiter: Aut in us, ut funditus.

Aduerbia quæ in e exeunt, produci debent: præ-  
ter illa, quæ aut non comparantur, ut rite: aut cō-  
parationis regulam non seruant, ut bene, male. Fa-  
ciunt enim bene, melius: optime: male, peius, pes-  
sime: Aut ea quæ à nomine uerboue non ueniunt,  
ut impune, sæpe. Cæterū facile et difficile, quæ  
aduerbia ponuntur, nomina potius dicenda sunt esse

## DONATVS.

pro aduerbijs posita. ut est , toruum clamat, horren-  
dum resonat . Ergo aduerbia , que in e producta  
exeunt , ab eo nomine ueniunt , quod datiuo casu  
singulari o , litera terminatur : ut huic docto , do-  
cte : & huic sedulo , sedule . Quæ in r literam  
exeunt , ab eo nomine ueniunt , quod datiuo casu  
singulari , i litera terminatur , ut huic agili , agili-  
ter . Contra hanc regnlam multa s̄epius usurpa-  
uit authoritas . Nam quædam ( ut diximus ) & in  
datiuo casu in o permanent , & aduerbium faciunt ,  
ut falso , sedulo . Quædam contra faciunt , ut hu-  
ic duro , non dure , sed duriter .

¶ Meatim ( inquit Sergius ) nihil est aliud , ni-  
si meo more . Sic tuatim , tuo more .

¶ Notandum hic est , quod licet bene & male  
aduerbia corripiantur iuxta authoris regulam , op-  
time tamen & pessime cum aduerbia sunt , produ-  
cuntur . At eadem contra , cum nomina sunt cas-  
sus uocatiui , corripiuntur , ut Optime graiugenum ,  
& maxime Teucrorum ductor . Hæc ita ex Probo  
partim annotauimus .

¶ De aduerbiorum accidentibus .

Aduerbio accidentia tria . Significatio , Compa-  
ratio , Figura . Significatio aduerbiorum in hoc  
scernitur : quia sunt aduerbia Loci , ut hic , ubi ,  
ibi . Temporis , ut hodie , nuper . Numeri , ut semel ,  
Inter negan bis . Negandi , ut non , nihil . Affirmandi , ut etiam

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

Quidni. Demonstrandi ut en, ecce. Optandi, ut uti di aduerbia  
nam. Hortandi, ut eia. Ordinis, ut deinde. Inter= additur a  
rogandi, ut cur, quare, quamobrem. Similitudi= Priscia mi-  
nis ut quasi, cœu. Qualitatis, ut pulchre, docte. Quā nime.  
titatis, ut multum, parum. Dubitandi. ut forsan,  
fortasse. Personalia, ut mecum, tecum, secum, Sic heus tu,  
nobiscum, iubiscum. Vocandi, ut heus. Respon= & Persus  
dendi. ut heu, Separandi ut seorsum. Iurandi, Sa. ij. Heus  
ut adepol, castor, hercule, mediusfidius. Elegent= age respon-  
di, ut potius, imo. Congregandi, ut simul, una, de.  
pariter. Prohibendi, ut ne. Euentus, ut forte,  
fortuitu. Comparandi ut magis, & tam. Sunt vt heu. Lu.  
etiam aduerbia infinita, ut ubi, quando. Sunt in tertio heu  
finita, ut hic, modo. Aduerbia loci duas spe= demens.  
cies habent, in loco, & ad locum significantes: In  
loco, ut intus, foris: Ad locum, ut intro, foras.  
Dicimus enim intus sum, foris sum. Intro eo, fo-  
ras eo. Adiiciunt quidam de loco, quod sic dicitur  
quasi in loco, ut intus exeo, foris uenio. Adiiciunt  
quidam per locum, ut hac, illac. Heus & heu in-  
teriectiones multi non aduerbia putauerunt: Ideo  
quia non semper subsequuntur uerbum.

¶ Heu quoq; interiection dolentis reperitur, &  
construitur interim cum nominatiuo. Ver. ut Heu  
pietas heu prisca fides: Interim cum accusatiuo.  
Idem, Heu stirpem inuisam.

¶ Heus interiection dolentis. Vergi. Heus etiam

DONATVS,  
mensas consumimus, inquit Iulus.

¶ De aduerbiorum comparatone.

Comparatio accidit aduerbijs, quia huic quoq; cōparationis gradus sunt tres, Positiuus: Cōparatiuus: Superlatiuus. Positiuus ut docte, Comparatiuus, ut doctius: Superlatiuus, ut doctissime. Et quoniam aduerbia quoq; sunt, quæ per omnes gradus ire non possunt: ideo his ad augendam significationem pro comparatiuo & superlatiuo magis & maxime coniungimus, ad minucndam minus & minime. Quemadmodum & comparantur, ita & minuntur aduerbia à positiuo, ut primum, primule: longe, longule. A comparatiuo, ut melius, meliuse:longius, longiuscule. A superlatiuo autem gradu uel nulla exempla uel perrara sunt.

¶ Aduerbia quoq;. Quoniam & nomina quedam sunt adiectiva, quæ per omnes gradus ire non possunt, ut pius, magis pius: arduus, magis arduus.

¶ De figura aduerbiorum, & de dictionibus dubijs.

Fguræ aduerbiorum due sunt. Aut enim simplicia sunt aduerbia, ut docte, prudenter: Aut composita, ut indocte, imprudenter, Componuntur etiam aduerbia modis quatuor. Sunt autem multæ dictiones dubiæ inter aduerbium & nomen, ut fallo: Inter aduerbium & pronomen, ut quomodo: Inter aduerbium & uerbum, ut pone: Inter ad-

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

uerbiū & participiū, ut profecto : Inter aduerbiū & coniunctionem, ut quando : Inter aduerbiū & præpositionem, ut propter : Inter aduerbiū & interiectionem, ut heu . Horum quedam accentu discernimus, quædam sensu . Sunt etiam aduerbia loca, quæ imprudentes putant nomina in loco, ut Romæ uenio : ad locum, ut Romam pergo . His præpositio non anteponatur, quæ prouincijs, locis, regionibus uele adiici solet. Ideo quia de significatione nominis non recedunt, ut de Aphrica uenio, ad Siciliam pergo : In Italia sum. Præpositio separatim aduerbijs non applicabitur, quamuis legerimus desursum, desubito, derepente, & exinde. & abusq; , & dehinc . Sed hec tanquam unam partem orationis sub uno accentu pronuntiabimus,

### ¶ De participio.

PARTICIPIVM est pars orationis dicta, eo quod partem capiat nominis, partemq; uerbi, Recipit enim à nomine genera & casus : A uerbo tempora & significaciones . Ab utroq; numerum & figuram . Participio accidentum sex, Genus, Casus, Tempus, Significatio. Numerus, & Figura . Genera participijs quatuor accidentur . Masculinum, ut leuis . Foemininum, ut lecta . Neutrum, ut lectu . Commune, ut legens . Nam omnia participia presentis temporis generis sunt communis . Casus totidem sunt participiorum, quot

DONATVS,

¶ nominum . Nam per omnes casus etiam partici-  
pia declinantur . Tempora participijs accidunt  
tria præsens , præteritum , & futurum ut lucians ,  
luctatus , luctaturus ,

¶ Futurum duplex est , alterum in rus significa-  
tionis actiue : alterum in dus significationis passiue .

¶ De participiorum significatione .

Significationes participiorum a generibus uerbo-  
rum sumuntur . Veniunt enim participia a uerbo  
actiuo duo , præsentis temporis & futuri in rus , ut  
legens , lecturus . A passiuo duo , præteriti tempo-  
ris & futuri in dus , ut lectus , legendus . A neu-  
tro duo , sicut ab actiuo , præsentis temporis & fu-  
turi in rus , ut stans , staturus . A deponenti tria . præ-  
sentis , præteriti & futuri , ut luctans , luctatus , lu-  
ctaturus . A communi quatuor , præsens - præteri-  
tum , & duo futura , ut criminans , criminatus , cri-  
minaturus , & criminandus . Inchoatiua participia  
præsentis temporis sunt tantum , ut horrescens ,  
tepescens , calescens . Defectiua interdum alicui  
ius temporis sunt , ut à soleo , solens , solitus . In-  
terdum nullius , ut ab eo quod est memini , nullum  
participium reperitur . Interdum à non defecti-  
uo uerbo participia defectiua sunt , ut ab eo quod  
est studio . studens est , quod futurum tamen tempus  
non habet in usu . Ab impersonali uerbo participia  
nisi usurpata fuerint , non uenient .

Nullum

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

¶ Nullū Participiū reperitur . Nullum ( ait Sergius ) participium reperitur , si ad usum : uerum est , si ad authoritatem : falsum . Nam inuenimus apud Plautum meminens .

¶ Non ueniunt . Sergius tamen pudens & tēdens non ab impersonalibus uerbis , pudet & tēdet , usurpata participia esse dicit , sed ab integris uerbis pudeo & tēdeo ( quæ apud authores inueniuntur teste Capro ) deducta .

### ¶ De numero & figura participiorum .

Numerus participijs accedit uterq; . Singularis , & pluralis . Singularis , ut hic legens . Pluralis , ut hi legentes . Figura itē participiorum duplex : aut enim simplicia sunt participia , ut scribens : aut composita , ut describens . Componuntur autem participia modis quatuor , sicut & nomina .

### ¶ De his quæ participiorum formam habent , participia tamen non sunt , & de participijs origine uerborum certis , & quot modis in nomina participia transeant &c.

Sunt nomina speciem participiorum habentia , ut tunicatus , galeatus : quæ quia à uerbo non ueniunt , non sunt participia appellanda . E quibus sunt etiā illa , quæ cum participia uideantur , uerborum

DONATVS.

tamen significatione priuata sunt, ut pransus, coenatus, placita, nupta, triumphata, regnata. Nam prandeor, coenor, placeor, nubor, triumphor, regnor non dicitur. Sunt etiam alia participia, quæ accepta præpositiōe, & à uerbis, et à participijs recedunt, ut nocens, innocens. Nam noceo dicitur, innoceo non dicitur. Sunt ueluti participia, quæ à uerbo ueniunt, & quia tempus non habent, nomina magis, quam participia iudicantur, ut furibundus, moribundus, ludibundus. Sunt multa participia eadem & nomina, ut passus, uisus, cul tus, sapiens, indulges: quæ tamen & casibus discrepant & temporibus dignoscuntur, & comparata mutantur. Sunt alia participia defectiæ, quæ per omnia tempora ire non possunt, quæ à uerbo ueniunt, ut cœptus, urgendus. Sunt participia, quæ accepta comparatione fiunt nomina, ut acceptus, acceptior: intensus, intensior. Aduerbia de participijs fieri posse nonnulli negant, sed hos plurimæ lectionis reuincit authoritas,

¶ Nam prandeor, coenor, &c. non dicitur. Prisci. lib. xi. Vſu inquit, huiusmodi uerba magis deficiunt, quam ratione analogiæ. Quid enim prohibet uerbis quoq; eorum uti, nisi deficeret authoritas?

¶ Cœptus Prisci. lib. xi. Cœpi, inquit, non habet præsens, nec futurum, sed tantum præteritum

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

cœptus. Cœpturus tamen legitur apud Quintiliānum lib. x. Ita nos rite ( inquit ) cœpturi ab Hōmero uidemur. Confirmat id quoq; Diomedes grāmaticus.

¶ Vrgendus. Sed & urgens dicitur ab urgeo actuo, ut urgendus a passiuo urgeo.

¶ Aduerbia a partiapijs deducā testatur & Priscia . lib . xi , sed ita tamen, ut dubitare uidetur ipse, utrum a uerbis an a partiapijs, aut partiapialibus nominib; declinentur, ut a sentio, sensus, sensim, a sto, status, statim . a singultio, singultus, singul tim, Sed Sergius plane negat .

### ¶ De coniunctione.

CONIUNCTIO est pars orationis adnectens ordinansq; sententiam . Coniunctioni accidunt tria, potestas, figura, & ordo. Potestas coniunctionum in quinq; specieis diuiditur. Sunt enim, copulatiue, disiunctiuue, expletiuue, causales, rationales, Copulatiue sunt he, &, quoq; , atq; , ac, ast. Disiunctiuue sunt, aut, ue, uel, ne, nec, an, neq;. Expletiuue sunt, quidem, equidem, saltem, uidelicet, quamq; , quamuis, quoq; , enim, autem, porro, licet, tamen. Causales sunt, si, et si, tamet si, siquidem, quando, quandoquidem, quin, quinetiam, quatenus, sin, seu, siue, neu, nam, nanq; , ni, nisi, enim, etenim, ne, sed, interea, quamobrem, præsertim, item, itemq; , cæterum, alioquin, præ-

## DONATVS

**terea.** Rationales sunt, ita, itaq; enim, enim uero  
quia, quare, quapropter, quoniam, quandoquar-  
dem, quippe, ergo, ideo, igitur, scilicet. propterea,  
iccirco.

**T** Adnectens i.e. per vim coniungens, ut cum  
similis esse res aliquas significat, ut & pius, & for-  
tis fuit Aeneas. Ordinans, ut cum rerum consequen-  
tiam demonstrat, ut si ambulat quispiam, mouetur.  
Hec ita ex Prisci, lib. vi. Copulatiue dictae sunt,  
quod & uerba, & sensum copulat, ut ego et tu sus-  
demus. Hic & uerba & sensus coniuncta sunt.  
Disiunctiue uero penitus contra naturam sermonis  
inuentae essent, nisi uerbi coniungerent. Disiuncti-  
ue autem ideo dictae, quod sensus disiungant. Ex-  
pletiue dicuntur ideo, quod id quod minus fuerat,  
explere contendunt: ut si quis dicat negligeti, lege,  
dicendo lege, in eo eum arguit quod non legit: at si  
dicat, saltem lege, in eo arguit, quod nihil omnino  
agit. Hec ita fere ex Scruiio.

**T** Ne causalis coniunctio est, quando in aqua græca  
coniunctionem significat, hoc est, ut non. Vergi. ij.  
Aeneid. Ne reapi portis, aut duci in mecenia possit.  
Ne pro etiam, expletiua coniunctio est. Hec  
Priscianus.

**T** De figura & ordine coniunctionum  
Figure coniunctionum duæ sunt. Simplex ut  
nam, Composita, ut namq;. Ordo coniunctionum

**DE OCTO PARTIB. ORATIONIS**  
In hoc est, quia aut præpositiæ sunt coniunctiones,  
ut at, ast. Aut subiunctiæ, ut q; , aut, Aut cōmunes,  
ut ergo, igitur. Sunt etiam dictiones, quas micer  
tum est, utrum coniunctiones, an præpositiones.  
an aduerbia nominemus. Quæ, nisi sententiam con-  
siderauerimus, incertæ sunt, omnes tamen sensu fa-  
cile discernuntur. Nam & coniunctiones pro alijs  
coniunctiōibus positiæ inueniuntur potestate mutata.

**T** Incertum est. Sic cum, quoties iungitur casui,  
præpositio est, cum uero uerbo subiunctiui modi,  
coniunctio, quoties uero pro quādo ponitur aduerbi-  
um. Vnde & Victorinus de arte grāmatica. De his  
inquit, ambigi potest. Vnde merito quidam eas uo-  
ces aduerbia coniunctiua, aut coniunctiones ad-  
uerbiales appellant.

**T** Nam coniunctiones pro alijs &c. Sic uel  
pro etiam. Teren. in Eunicho. Vel rex semper  
maximas mihi gratias agebat.

**T** De præpositione.

**P**RÆPOSITIO est pars orationis, quæ præ-  
posita alijs partibus orationis significationem  
earum, aut mutat, aut complet, aut minu-  
it. Nam aut nomini præponitur, ut inuidius : aut  
pronomini præponitur, ut per me, uel supponitur,  
ut mecum, tecum, secum, nobiscum, uobiscum :  
aut uerbum præcedit, ut perfero : aut aduerbiū,  
ut expresse : aut partiārium, ut præcedens : aut

## DONATVS.

coniunctionem, ut absq; : aut semetipsum ut, circū circa. Præpositiones aut casibus seruiunt, aut lo quelis, aut æque casibus & loquelis. Hæ aut coniunguntur, aut separantur, aut & coniunguntur & separantur. Quæ loquelis seruiunt, cōiunguntur, ut di, dis, re, se, an, co, con. Dicimus enim diduco, distraho, recipio, secubo, amplexor, cohereo, congregior. Separantur, ut apud & penes. Coniunguntur & separantur ceteræ omnes. Ex quibus in et con præpositiones, si ita compositæ fuerint, ut eas statim s, uel f, literæ sequantur, plerumq; producuntur, ut insula, in fula, consilium, confessio. Præpositioni accedit casus tantum. Casus nanq; in præpositionibus sunt duo, accusatiuus & ablatiuus. Aliæ enim præpositiones accusatiuo casui seruiunt, aliæ ablatiuo: aliæ utriq; casui.

¶ Mutat, ut video, inuideo: Complet, ut facio, perficio: Minuit, ut rideo, subrideo. Sciendū autem, quod hæc diffinitio præpositionis, magis cōuenit præpositionibus: quatenus præponuntur alijs partibus orationis per compositionem, & non ita per appositionem. Itaq; à Prisciano diffinitur, qua tenus utramq; uim complectitur, hoc modo. Præpositio est parforationis indeclinabilis, que præponitur alijs partibus orationis uel appositione, uel compositione.

## DE OCTO PARTIE. ORATIONIS.

¶ Seruiunt casibus per appositionem . Seruiunt  
loquelis per compositionem . Aequo casibus & lo-  
quelis seruiunt , que coniungi & separari possunt .

### ¶ Quæ præpositiones accusatiuo casui seruiant.

Accusatiui casus præpositiones sunt he , ad ,  
apud , ante , aduersum , cis , citra , circum , circa ,  
contra , erga , extra , inter , intra , infra , iuxta , ob ,  
pone , per , prope , secundum , propter , post , trans ,  
ultra , præter , supra , circiter , usq ; , secus , penes .

Dicimus enim ad patrem , apud villā , ante eades ,  
aduersum inimicos , cis rhenum , citra forum , cir-  
cum viarios , circa templum , contra hostem , erga  
propinquos , extra terminos , inter naues , intra mœ-  
nia , infra tectum , iuxta macellū , ob auguriū , pone  
tribunal , per parietem , prope fenestram , propter  
displinam , secundum fores , post tergum , trans ri-  
pam , ultra fines , præter officium , supra cœlum ,  
cirräter annos , usq ; oceanum , secus nos , penes ar-  
bitros . Ex his ad et apud , cum unius casus sint , di-  
uerso modo ponuntur . Dicimus enim ad amicum ua-  
do , apud amicum sum . Nam neq ; apud amicum  
uado recte dicitur , neq ; ad amicum sum . Usq ;  
præpositio plurimis non uidetur : quia sine aliqua  
præpositione proferri recte non potest , unde adiun-  
gitur utriq ; casui pro qualitate præpositionis eius ,  
. cui fuerit copulata , ut usq ; ad , et usq ; ab .

## DONATVS.

¶ Neq; ad amicum sum. Ad tamē pro apud nonnunquam authoritate etiam in loco reperitur. Vergili.in.i. Aencid. Ad Troiā pro charis gesserat argis, Ad Troiam dixit pro apud Troiam.

¶ Quæ præpositiones ablatiuo casui seruant.

Ablatiui casus præpositiones sunt hæ, a, ab, abs, cum, coram, clam, de, e, ex, pro, præ, pælam, sine, absq;, tenus. Diamus enim i domo, ab homine, abs quolibet, cum exercitu, coram testibus, clam custodibus, de foro, e iure, ex præfectura, pro clientibus, præ timore, palam omnibus, si ne labore, absq; iniuria, tenus pube. Sed hæc præpositio propter euphoniam subducitur, & facit pübeterus. Clam præpositio casibus seruit ambobus.

¶ Vergili. hellenismo usus hoc est, græcorum more locutus crurū tenus dixit lib. iii. georgicorū. Et crurum tenus a mento palearia pèdēt: Ex Prisciano. Apud græcos cnius separatæ præpositiones tribus casibus præponi solent.

¶ Clam præpositio casibus seruit ambobus. Vnde diamus clam patre, & clan patrem. Plautus in prologo Aululariæ. Clam omnes in medio foro Defodit: & alibi non uno loco.

¶ Quæ præpositiones utriq; casui seruant.

Vtriusq; casus præpositiones sunt hæ. In, sub,

## DE OCTO PARTI. ORATIONIS.

super, & subter. Quarum in, & sub, tunc præpositiones accusatiui casus sunt, cum aduersum, uel ante significant, ut ibat in Euryalum: & sub ipsum arcturum, pro ante. Tunc ablatiui casus: cum uim recte retinent, nec pro accusatiuis præpositionibus ponuntur. Item accusatiui casus sunt, cū ad locū uel nos uel quoslibet ire, iſſe, ituros esse significamus: cuius rei exempla sunt hæc. In accusatiui casus, ut itur in antiquam syluam. In ablatiui casus, ut Stans celsa in puppi. Sub accusatiui casus, ut postesq; sub ipsos nituntur gradibus. Sub ablatiui casus, ut Arma sub aduersa posuit radian= tia queru. Super uero & subter, cum accusatiuo casui naturaliter præponantur, ablatiuo tamen plerumq; iunguntur, ut gemina super arbore sidunt. & ferre iuuat subter densa testudine casus. Quan= quam multi sunt, qui non putant ambiguas esse præpositiones, nisi duas, in et sub. Cæterum super & subter, cum locum significant, figurate ablatiuo iun= guntur: extra quam formam, super præpositio cū de significat, hoc est mentionem de aliquo fieri, ab= latiui casus est tantum, ut Multa super Priamo ro= gitans super Hectore multa, hoc est de Priamo & de Hectore.

¶ Super uero & subter. Hinc Priscianus lib. xvi. de duabus his præpositionibus ita ait. Super & subter, cum utraq; tam accusatiuo q ablatiuo iun=

## DONATVS.

gatur : quibusdam tamen uidetur eas ablatiuo figura-  
re adiungi , quomodo post & ante , & circum .  
Sic Vergi. Ecloga .i. Longo post tempore uenit .  
Subdit idem Priscianus . Quare si accipiamus fi-  
gurate tales proferri , quoties cum ablatiuo iungun-  
tur , aduerbiorum loco necesse est eas accipere .

¶ Quam uim habeant præpositiones , cum  
separantur , & quam , cum con-  
iunguntur .

Separatae præpositiones accuntur : coniunctæ  
uero casibus aut loqueliis uim suam sepe cōmutant,  
& graues fiunt . Præpositiones aut uerba ipsa ,  
cum quibus componuntur , corrumpunt , ut confi-  
cio : aut ipse corrumpuntur , ut affero : aut & cor-  
rumpunt & corrūpuntur , ut suscipio . Antiqui pre-  
positiones etiam genitiuo casui iungebant , ut crurū  
tenus . Item post & ante & circū utriq; casui iun-  
etas inuenimus . Sed sāre nos conuenit præposi-  
tiones uim suam tunc retinere , cum præponuntur :  
suppositas uero & significationem suam , & uim  
nominis & legem propriam non habere , & aduer-  
bia fieri : si quando illas non subsequitur casus .

Separatae præpositiones separatis prepositioni-  
bus non coherent . Sunt qui putent accidere pre-  
positioni , & figuram & ordinem . Figuram , quia  
sunt præpositiones simplices , ut abs : composite ,  
ut absq;. Ordinem , quia sunt præpositiones pre-

## DE OCTO PARTIB. ORATIONIS.

positiæ, ut sine: sunt subiunctiæ, ut tenus. Sed  
hec nos & similia, his adnumeramus, quæ in equa=

lia nominanur.

¶ Addit ipse Sergius, ut in uectusto quodam ex  
emplari legi. Interdum nec corrumpunt nec cor=

rumpuntur, ut inuenio.

¶ Non subsequitur casus. Alias ( ut & idem  
Sergius ait ) præpositiones manent, ut Transtra per  
& remos. Aeneidos quinto.

¶ Non cohærent. Ergo cum dicimus adusq;,  
usq; aduerbijs loco habetur. Vergili. adusq; colum=

nas exulat i. usq; ad columnas.

### ¶ De interiectione.

INTERIECTIONE est pars orationis interiecta  
alijs partibus orationis ad exprimendos animi  
affectus, aut metuentis, ut hei, atat. Aut op=

tantis, ut o. Aut dolentis, ut heu. Aut admirantis,  
ut pape. Aut letantis, ut euax. Sed has græci ad  
uerbijs applicant: quod ideo latini nō faciunt, quia  
huiusmodi uoces non statim subsequitur uerbum.

Licet autem pro interiectione etiam alias partes  
orationis singulas pluresue supponere, ut nefas, pro  
nefas. Accentus interiectionibus certi esse nō pos=

sunt, ut fere in alijs uocibus, quas inconditas in=

nemimus.

¶ Inter interiectiones reperiuntur & aliae par=

tes orationis. Sic nefas teste Probo uersum ex. viij.

## DONATVS.

Aenei . citante . Baſtra uchit ſequiturq; (nefas) Aegyptia coniunx . Eiusdem naturæ ſunt & alia pleraq; uoces ( ut ait Diomedes ) ut amabo . Mar tialis . Dic uerum mihi Marce , dic amabo . Pro , Teren . in Andria . Pro deum atq; hominum fidem . Malum , Plinius lib . viij . cap . li . Quæ ( maz lum ) iſta dementia eſt . Cicero phi . prima . Quæ nam ( malum ) eſt iſta uoluntaria feruitus ? Mife rum . Vergi . in . vi . Aenei . Cecropidæ iuſſi ( mi ſcum ) ſeptena quotannis Corpora maiorum . In fandum Vergi . in primo Aenei . Nauiibus ( infan dum ) amifſis unius ob iram .

¶ Inconditas inuenimus . Hoc eſt ( ut exponens hunc locum Priscianus ait ) que abſcondita uoce & non plane expreſſa , proſcruntur .



# VETVSSI.

M. AC PERSPICACISSIMI PHO  
CAE GRAMMATICI DE NO  
MINE ET VERBO LI-  
BER INCIPIT.

## PRAEFATIO OPERIS.

ARS mea multorum es: quos secula prisca tulere.  
Sed nouate breuitas asserit esse meam.  
Omnia cum veterum sint explorata libellis:  
Multa loqui breviter sit nouitatis opus.  
Te relegant Iuuenes: quos garrula pagina terret.  
Aut si quem paucis seria nosse iuuat.  
Te longinqua petens comitem sibi ferre uiator  
Ne dubitet: paruo pondere multa uehis.  
Te si quis scripsisse uolet, non ulla queretur  
Damina, nec ingrati triste laboris onus.  
Es quod quisq; petat, nunquam censura diserti  
Hoc contemnet opus: si modo liuor abest.

## ¶ Alia operis præfatio.

C R E D O nonnullos hoc meum miraturos  
opusculum, quod in tanta doctissimorum  
hominum copia, qui uirie diligenterq; emen-  
dati sermonis præcepta tradiderunt, ego potissimum

## PHOCAS

dussum temerario ac pene sacrilego conatu libel  
lum de arte comminisci . De quo prius excusandum  
puto , quam de titulo operis differam . Cum sciam  
plurimos quidem regulas artium per ordinem diges-  
sisse , quibus ad prærogatiuam solertia & antiqui-  
tas suffragata est : Sed eorum alios late copiose  
scripsisse , ita ut superflua interdum ubertate nar-  
rationis memoria legentium confundatur : Alios ,  
dum breuitati student , admodum diffusam coartas-  
se materiam , ut sterili compendio nihil ad integrant  
scientiam lectoribus conferant : Adolescentes uero  
nostris sæculi non desiderio literarum , nec amore vir-  
tutis ad studia se applicare , sed aut necessitate com-  
pulsos , aut odore uoluptatum per etatem afflatos  
execrari magistros : quorum ut quisq; est diligen-  
tior , eo maiori odio premitur : Et gymnasium sa-  
pientie , quo ad beatam uitam semita demonstratur ,  
uelut tetricum carcerem detectari : Alios autem  
( quamvis scire cupiant ) omne tamen fructuosi la-  
boris onus detrectare , nec assiduis inhærere lectio-  
nibus , nec curiosa perscrutatione veterum crux-  
commentarios : qui dum semper assidui nolunt fie-  
ri , docti esse non possunt . Iccirco fatcor me nego  
tium hoc suscepisse pluribus profuturu , nisi ijs qui  
nouellam artis expositionem tractare fastidiunt ,  
principue que discipulis nostris proderit , quibus ad  
uersus obliuionis iacturam , & percunctantū tentat

## NOMINVM.

menta consultum esse desidero . In hoc namq; no-  
stre professionis summa uersatur , ut in aliorum sa-  
entiam tui periculum facias , ne cum ipse scias , sed  
alios docueris , eruditus esse uidearis . Nominum igi-  
tur regulas & uerborum in unum concessi : quoni-  
am hæ fere principatū i partibus orationis obtinent ,  
multumq; difficultatis habet , & super cæteris abun-  
de dilecte à summis authoribus existimo : quo in ope-  
re nibil mihi sumam , nec à me noui quicquam reper-  
tum affirmabo . Multa nonq; ex multorum libris  
decerpta concinna breuitate conclusi , ut nec iejuna  
parum instruat compensatio , nec uerbosa prolixia-  
tas fastidium legentibus moueat . Si quid autem à no-  
bis in suscepto negotio commode tractatum est , ma-  
lo id lectoris iudicio laudari , quam nostra pre-  
dicatione iactari . Tu tamen industria tua petu-  
lantiae nostræ crimen excusabis , uel laudis si quid  
merebitur , ampliabis .

¶ In hoc namq; , &c , Hic nota quisquis es ru-  
dis adhuc adolescentiae moderator institutorq; ac  
præceptor , atq; hoc primun stude ( quæso ) ne gra-  
uetur ea lectionum multitudine , quæ te magis exer-  
ceas studijs , quam illam .

### ¶ Operis distin<sup>tio</sup>.

Aggressus sum nominum regulas breuiter expla-  
nare , & scrupulosam difficilem q; materiam adol-  
scentibus peruiam facere . Quoniam omnis ambi-

## PHOCAS

guitas in genere nominis & declinatione consistit. Primum latina a græcis discreui, ne confusione uitietatis perturbaretur memoria. Deinde monosyllaba congesta preposui, quæ diuersi quidem sunt generis: tertij autem ordinis formulam (tribus exceptis) sequuntur: & sunt sene hæc.

### ¶ De nominibus monosyllabis masculini generis.

**M** A S C V L I N I generis, as, dens, grexi, flos, fons, lar, mons, mos, mus, mas, pres, mars, pons, nar, pes, ros, rex, sal, sol, uir, uas uadis. Ex his unum est secunda declinationis, uir.

### ¶ De monosyllabis fœminini generis.

Fœminini generis, arx, ars, calx, crux, cos, dos, frons, gens, falx, fax, sex, glis, lux, lex, lis, lens, glans, lanx, mors, mens, nux, nix, noxi, pix, ops, prex, pars, res, spes, sors, stirps, trabs, uis, grus, urbs, uox, nar naris. Ex his duo sunt quintæ declinationis contra regulam, spes, & res.

¶ Nar naris pro flumine masculini generis est testibus Probo & Prisciano, & numero semper singulari declinatur. Vergili. in. vii. Aenei. Sulphurea nar albus aqua. Nam si nafsum uelimus significare, ut idem Priscianus ait, hæc naris, huius naris

## DE GE. NOMINVM.

naris genitium similem nō proferimus, Quid. in.  
ij. Metamorphoseos. Pandaq; naris erat, quod et  
pluraliter nares facit.

### ¶ De Monosyllabis neutri generis.

Neutri generis sunt hæc. æs, crus, cor, fas,  
far, git, ir, ius, mel, os, pus, thus, fel, lac,  
rus, uer, uas uafis. Ex his quatuor minime declin= =  
nantur. fas, git, pus, ir. Quatuor in plurali nume= =  
ro deficiunt. nam tres tantum casus habent, far, ius,  
rus, & æs.

Communis generis, bos, dux, sus, fur, grus.

Omnis generis hæc duo sola, par, trux.

### ¶ De generibus nominum polysyllaborum.

Expositis monosyllabis cuiuscunq; sint generis,  
de cæteris quotlibet syllabarum nominibus differe= =  
mus, quæ his clausulis terminantur, quatuor uocali= =  
bus præter i, & semiuocalibus præter f, & una= =  
mutata, de quibus ordinate has regulas subiectas no= =  
tabimus, exceptis illis quæ minime declinantur, fas  
nefas, nil, nihil, nihili, nugas, gummi, frugi, sinapi,  
pedū, nequam. Ex his neutri generis sunt, fas,  
nefas, nil, nihil, gummi, sinapi, pedum: Alia om= =  
nis generis, nihili, frugi, nugas, nequam.

### ¶ De in a terminatis.

A. terminata masculina sunt propria, ut Sylla,  
Seneca, Catilina, Cotta, Tuca, Agrippa, Pansa.  
Pauca sunt Appellatiua masculini generis, ut hic la

## PHOCAS

nista, hic dama, hic talpa, hic popa, hic nauta,  
hic poeta, hic collega, hic scurra, hic lixa, hic as-  
secla, hic scriba, hic perfuga, hic transfug.t, hic  
homicida, hic pariada. Quæ alij communis gene-  
ris esse dicunt. Et illa quæ à uerbis colo & gigno  
componuntur, ut hic & hæc cælicola, agricola,  
sylvicola, terrigena, rurigena. Reliqua appellati-  
ua omnia foemini sunt generis & primæ declina-  
tionis, ut fortuna, schola, terra, harena, carina,  
habena. Neutri generis latina sunt nulla. Co-  
munis hæc similiter, hic & hæc pedissequa, adue-  
na, conuena, auriga, conuiua, uerna, & omnia  
primæ declinationis sunt. Barbara neutri generis  
duo lecta sunt apud Salustum nomina fluviorum,  
hoc Molucha, hoc turia.

¶ Propria. s̄z uirorū. Nam mulierū propria in  
a foemina sunt, ut Lucretia, Proscrpina, Tulliola.

¶ Popa apud Persium Saty. sexta pro uentre  
legitur. Ast illi tremit omento popa uenter: quod  
& exponitur pro helluone. Præterea & pro  
ministro sacrorum & uictimarum, hoc est, uicti-  
mario apud Propertium legitur. lib. iiiij. Illa dies  
hornis cædem denuntiat agnis, Succinctiꝝ calent  
ad noua lucra popæ.

¶ Hoc turia Priscia. uult hæc noīa potius masculini  
esse, ideo quod accusatum singularem per am fa-  
dant. Nam si neutra (inquit) essent, accusatum

## DE GE. NOMINVM.

nominatiuo similem haberent. Astipulatur Pri-  
sciano Augustinus de turia, et cōprobatur illo Clau-  
diani uersu. Floribus & roscis formosus Turia ri-  
pis. Et de Molucha quoq; certant grammatiā.

### ¶ De in e terminatis.

E finita neutri generis sunt omnia, & tertiae de-  
clinationis, ut hoc sedile, monile, rete, mare.

### ¶ De in o terminatis.

O terminata tertiae declinationis sunt omnia, sed  
diuersi generis. Nam que in o puram desinunt, &  
uocali preposita, masculini generis sunt, ut hic ga-  
neo, aleo, labeo, que nominatiuum & uocatiuum  
solum habent. Que i, ante o habent, aut propria  
masculini sunt generis, ut Curio, Sapiro: aut cor-  
pus quidem significantia generis masculini sunt, ut  
hic stellio, unio, histrio, centurio, gurgulio, quater-  
nio, mulio: & omnia o, literam in obliquis casibus  
productam seruant, excepto uno, anio flumen  
Italiae, quod anienis facit. Rem autem incorpora-  
lem significantia pleriq; à uerbis transferuntur, &  
sunt generis fœminini, ut hæc oratio, ratio, actio,  
statio, hortatio, religio. Et hæc similiter nomina  
per omnes casus o, producunt præter nominatiuum et  
uocatiuum numeri singularis. Præposita uero b.  
litera uel qualibet consonante, propria uel appella-  
tiva masculini sunt generis, ut hic carbo, libo, præ-  
co, mucro, bubo, latro, homo, tiro, sermo, panno.

## PHOCAS

Cato,. Excepto uno proprio fœminini generis,  
hæc iuno, & altero appellatiuo, quod o, literam in  
obliquis casibus amittit, ut hæc caro carnis. Sed  
duæ sole consonantes sunt, g, d, quibus præceden-  
tibus o, litera terminata nomina generis fœminini  
sunt, ut hæc erugo, imago, caligo, fuligo, origo,  
propago, hirundo, irudo, arundo, magnitudo, al-  
titudo, testudo, similitudo, fortitudo, quæ o, in i,  
conuertunt in obliquis casibus. Excipiuntur in  
utroq; genere masculina, ut hic ligo, hic mango,  
hic prædo, hic cudo, hic spado, quæ o producunt,  
hic cardo, hic ordo, quæ superiorē formulā sequit-  
tur. Sunt et quatuor tantummo, q; neu. esse possunt,  
quorum pars dimidia declinationem patitur, ut duo,  
& ambo: Pondo autem & octo monoptota sunt,  
& tantum pluraliter efferuntur, ut hæc pondo.  
Nam unum pondo non dicimus, sed in libram effer-  
ri potest: duo enī & tria pondo & deinceps ob-  
seruabimus, uel quoties de neutrō loquimur, correptæ  
dicimus pondo, & accentu longo, duo homines  
& ambo homines, duæ mulieres & ambæ mulie-  
res dicuntur. Duo autem & ambo etsi correpta ec-  
cideantur, tamen in actō dupliciter efferūtr: namq;  
hos duos, & hos duo, & ambos & ambo apud  
authores inuenimus. Communia hi & hæc duo,  
& hæc duæ, & ambo & ambæ, horum duorum &  
amborum, harum duarum & ambarum: his duo

## DE GE. NOMINVM.

bus & ambobus : hos duos , & ambos : has duas  
& ambas : haec duo & ambo : his duobus & ambo-  
bus : duabus & ambabus .

¶ O pura est , cum consonans ei non præponitur .

¶ Homo tamen & latro significatione potius com-  
munis generis sunt .

¶ In utroq; genere , hoc est modo siue forma , alte-  
ra salicet eorū quæ d , ante o habent , altera , quæ g .

¶ Cudo ornamentum capitis est ex corio . Silius  
Italicus in septimo . Spicula bina gerunt , caput his  
cudone ferino Stat cautum .

¶ Ethos duos . Id quidem & Comminiamus gram-  
maticus comprobat . Nonnulli inquit græcos seculi ,  
dicunt hos duo , & hos ambo . Siquidem illi dicunt  
τοῦς δύως , & τοῦς καὶ μέσων . Vnde & idem ex Ver-  
gili . lib . iiiij . Geor . ad hoc hunc citat uersum . Ve-  
rum ubi ductores ade renocaueris ambo : ubi tamen  
in impressis codicibus , ambos legitur . Atqui ue-  
risimile est ambo a Vergili . scriptum fuisse , tum  
quod amator fuerit antiquitatis , tum quod apud  
eundem legatur lib . ix . Aenei . Si duo præterea ta-  
les Idæa tulisset Terra uiros &c . duo uiros , pro-  
duos uiros dixit . Quim & apud Hora . lib . ii . Ser .  
Præterea ne uos titillet gloria , iure iurando obstrin-  
gam ambo . Et apud eundem lib . i . Ser . legitur .  
Duo si discordia uexat inertes .

¶ De in u terminatis .

## PHOCAS

V terminata sine controuersia neutri ge. sunt,  
¶ quartæ declinationis, aptota in singulari numeri,  
in plurali declinantur: ¶ sunt per pauca, que  
pluralem numerum admittunt, genu, cornu, nerit,  
specu, tonitru. Cætera semper singularia. ut hoc se-  
ru, gelu, pecu, testu. Diamus tamen ¶ hæc testa,  
¶ hæc pecua.

¶ Testa. Nonius Marcl. Testa, inquit, foemina  
nino ge. saepe inuenitur, neu. autem genere apud  
obscuræ authoritatis, sed summos uiros legimus.

¶ Pecua, Plautus in Mercatore, Non didic bâ-  
iulare, nec pecua ruri pascre,

¶ De in al terminatis.

Al syllaba finita neutri generis sunt tertiae decli-  
nation: ut hoc animal, lis, hoc uectigal, hoc tribu-  
nal: hoc lupercal. Vnum est masculini generis mono-  
syllabum, hic sal salis: et barbara propria, ut hic  
Annibal, Adherbal. Asdrubal, Hiemsal.

¶ De in el terminatis.

El neutri generis sunt, ut mel, et fel.

¶ De in il terminatis.

Il syllaba terminata masculini generis sunt, hic  
pugil, hic mugil: sed Iuuenalis hic mugilis nomina-  
tuum dixit: unum communis, ut hic et hæc uigil:  
unum foeminini generis, ut hæc Tanaquil: et omnia  
exemplo tertiae declinationis inflectuntur.

¶ De in ol terminatis.

## DE GE. NOMINVM.

In oī unum inuenitur masculini generis, ut hic sol.

### ¶ De in oī terminatis.

Vl syllaba finita duo sunt masculini generis, ut hic *consul*, & hic *præfus*. Vnum communis generis, ut hic & hæc *exul*. *Luc. lib. viij. Exul ad* *huc iacet umbra duas*: & sunt tertiae declinationis, *consulis*, *præfuslis*, *exulis*.

### ¶ De in um terminatis.

Vm syllaba terminata sunt neutri generis & secundi ordinis, ut *telum*, *cœlum*, *bellum*, *imperium*, *regnum*, *fatum*. In hac extremitate nulla sibi locū ambiguitas uendicat.

### ¶ De in en terminatis.

En syllaba quæ finiuntur, i, uocali præposita, duo tantummodo masculini generis sunt, ut hic *rien*, *rienis*: hic *lien*, *lienis*, quæ in obliquis casibus eliteram productam seruant. Et septem alia eiusdem generis antepositis consonantibus, hic *flamen*, *sacerdos*, *iouis*, *hic pecten*, *hic tibicen*, *hic fidicen*, *hic tubicen*, *hic cornicen*, *hic lyricen*. Cetera neutri generis sunt proculdubio & tertie similiter declinationis, ut hoc *carmen*, *nis*, *certamen*, *limen*, *numen*, *omen*, *criamen*, *examen*, *gluten*, *nis*, & his similia.

¶ Ut hic *rien*, *rienis*. Hinc apud festum Pompeium legis. Rienes (inquit) quos nunc uocamus, antiqui nefrūdines appellabāt, quia græa νεφρούς uocant. Plautus in Satyrione. Glaber erat tanquā

## PHOCAS

rien. Hæc ex festo Pom. At nunc ren diat, & in  
genitivo renis.

### ¶ De in ar terminatis.

Ar syllaba terminata generis sunt neutri omnia, ut hoc iubar, hoc torcular, hoc puluinar, hoc laquear, hoc lacunar, hoc calcar: præter unum proprium masculi generis, hic Cæsar. Hæc quoque tertie declinationis formulam sequuntur, sed nostra in obliquis casibus a productam habent: notatur iubar quod solum correptam a habet, ut Vergilius iubare exorto. ¶ Iubare exorto. Aeneid. iiiij. It portis iubare exorto delecta iuuentus.

¶ Quod solum correptam &c. Recte id quidem. Siquidem nectar, quod nectaris penulti. correp. facit in genitivo, grecum est, non latinum: & de latinis hic author loquitur.

### ¶ De in er terminatis

Er syllaba finita (exceptis duobus foeminini generis, hæc mater, hæc mulier) neutra sunt, ut hoc uber, hoc suber, hoc papauer, hoc cadauer, hoc laser, hoc tuber, hoc filer, hoc aer, hoc iter: que omnia tertie sunt declinationis. Cetera masculina sunt generis, alia secund.e, alia tertie declinationis. Masculina igitur in er syllabam desinentia, si faciunt ex se foeminina, a litera terminata, secundi sunt ordinis, ut hic pulcher, pulchri: ater, atri: niger, nigri. Quorum foeminina sunt pulchra, atra, nigra.

## DE GE. NOMINVM.

Notatur sequester quod sequestra facit fœmininū, & est tertiae declinationis: & quæ ex se aut nulla faciunt fœminina, aut in is syllabam fœmi. faciunt, oīa tertiae declinationis, hic pater, patris: frater, fratri: hic passer, passeris: anser, anseris: carcer, carceris: agger, aggeris: hic aær, huius acri: nam fœmininum facit, hæc acris. Ut Horatius. Sol uitur acris hyems: hic alacr, alacris: hic uolucr, uolucris: mediocer, mediocris: celer celeris: equester, equestris: pedester, pedestris. Excipiuntur pauca, quæ quāuis in fœmininū genus a terminatū nomine transeant, secundæ tamen sunt declinationis, ut hic puer, pueri: hic gener, generi: hic soer, eri: hic liber libri: austera, stri: aper, apri: canera, cancri: oleaster, oleastri: caper, capri: culter, cultri, rasper, rastri: faber, fabri. Vnum inuenitur communis generis, quod iuxta rationem communium tertij est ordinis, ut hic & hæc pauper, pauperis. Quidam adiunct, hic & hæc uber, uberis.

¶ Hic & hæc uber uberis. Adiuncta potest hic & hæc degener, ris: hic & hæc puber, puberis.

¶ Quod sequestra facit. Vergili. in .x. Aenei. & pac sequestra: Et est tertiae declinationis. Pris. tamen duplia ratione probare contendit secundæ esse declinationis, & quod in a faciat fœmininum, & quod s er t, ante er, habeat, & Plauti insuper autoritate, qui in Vidularia ait. Animum aduortit

## PHOCAS

amabo si uultis : uitulum hic apponite , ego serua-  
bo , quasi sequestro detis . & in eadem . Haud fu-  
gio sequestrum . nihilominus idem Priscianus didi-  
tterit queq; inueniri declinationis apud plerosq; ad-  
ducens illud Ciacronis in . ij . Verrinarum . Aut se-  
questres aut interpretes corrumpendi iudicij .

¶ Pauper & uber neutris quoq; adduntur .

Vergili . in Buco . Pauperis & tuguri . & Sta-  
tius in Thebaide lib . primo . pugna est de paupere  
regno . Sic & uber solum diatur .

¶ De in ir terminatis .

Ir, syllaba terminatur unum monosyllabum ge-  
neris masculini secundæ declinationis , hic uir , uiri :  
et si qua ex illo componuntur , ut hic semiuir , duum-  
uir , triumuir , septemuir , decemuir , leuir : que ei-  
usdem sunt declinationis . Vnum præterea neutri ge-  
neris repertum est , & monosyllabis insertum hoc  
ir indeclinabile .

¶ Ir Probo authore significat palme medietatem , quæ etiam uola diatur , græc θίναρι ,

¶ De in or terminatis .

Or syllaba finita masculini sunt generis & tertie  
declinationis , ut hic odor , odoris : hic olor , ris :  
hic amor , amoris : liquor liquoris . Exceptis tribus ,  
quæ sexus in fœminino genere defendit , eiusdem ta-  
men declinationis , hæc uxor , hæc soror , hæc arbor :  
Et neutrī his , hoc ador , hoc marmor , hoc æquor .

## DE GE. NOMINVM.

hoc ebor, hoc robor: quidam & hoc femor ratio nabiliter annumerant. Vnū est cōis generis, hic & hæc author. Vnum omnis generis, hic et hæc & hoc memor, & compositum ex eo, immemor: Et omnia in hanc syllabam desineutia o, in ob liquis casibus productam habent, si sunt appellatiua & latina: Exceptis arbor & suprascriptis neutrīs, & memor, & immemor. Propria latina siue græca o, correptam habent in omnibus casib⁹, ut Actor, actoris: Hector, ris. Quæ in or si militer desinunt i, litera uocali præposita, communis sunt generis eiusdem declinationis tertiae, & omnia comparatiui sunt gradus, hic & hæc melior, ris: doctior, ris.

**T**Ebor, robor, femor, In ut hæc nomina frequentius apud authores leguntur usurpata.

Actor uir fuit latinus, quia Arunacus. Arun- à autē authore Plinio in Latio populi fuerūt. Vergi- in duodecimo. Actoris aruna spolium. Hector Troia nus, et nomē græcum est, interpretaturq; possessor.

**T**E in ut syllabam terminatis.

Vr syllaba finita generis masculini hæc sunt, hic fur, hic satur. Sed fur iuxta quidem rationem monosyllaborum tertia est declinationis: quod alij communis generis esse dixerunt: Satur autem se cundæ, quoniam fœmininum satura facit. Præterea hic turtur, uultur, masculini generis & epicœ

## PHOCAS

ni eiusdē declinatiōis tertiae . Ceterancutri sunt ge-  
neris eiusdē declinatiōis, ut hoc guttur, hoc sulfur,  
hoc fulgur, hoc murmur, hoc iecur, coris uel ioāno-  
ris . Vnum cōmūnis generis, hic & hec augur, ris.

¶ Iecur iecoris . Persius satyra prima . Et que  
simul intus innata est rupto iecore exierit capri-  
sus : iecur ioāneris . Celsus lib . iiiij . Alterius quoq;  
uisceris morbus i . ioāneris & que modo longus, mo-  
do acutus esse consueuit .

¶ De his quæ in as terminantur .  
As syllaba terminata foemini sunt generis,  
tertiae delinationis , ut hæc dignitas , pietas , facul-  
tas , ciuitas , potestas , a , litera in omni cōsu produ-  
cta . Pauca inueniuntur masculini generis, partim pro-  
pria, partim à proprijs ciuitatum nominib⁹ transla-  
ta , ut hic latinas , latinatis : Mœcenas , mœcenatis :  
hic Arpinas , arpinatis : hic Capenas , capenatis .

¶ De in es syllabam desinentibus .  
Es syllaba quatuor modis nomina terminantur :  
id est in es productam, præposita cōsonante ante es .  
In es correptam, similiter præposita qualibet con-  
sonante ante s . In es puram productam , uocali i ,  
præposita ante s . In eandem puram correptam .

Nomina igitur quæ in es productam desinunt cō-  
sonante præposita, generis sunt foemini & tertie  
declinationis , quæ totidem syllabis in genitivo &  
in cæteris casib⁹, quot in nominativo proferuntur,

## DE GE. NOMINVM.

ut hæc nubes , bis : cædes , dis : proles , prolis : mœles , lis : strages , stragis : labes , labis : pubes , bis : plebes , plebis . Excepto uno quod eiusdem generis est , sed quintæ declinationis , ut hæc fides fidei , et cæres quod in genitivo extramorem omnium plus una syllaba profertur . nam cæteris facit , & merces mercedis . In eadem extremitate quatuor reperiuntur propria masculini generis , eiusdem declinationis , hic Hercules , heralis : Cocles , coclis : Verres , uerris : Vlysses , ulyssis . Et quæ componuntur à pene nihil à declinatione simplius discrepantia , ut bipes , tripes , quadrupes : hæc etiam communis esse generis multi affirmant . Sonipes , alipes . Duo præterea sunt communis generis , quæ in genitivo una syllaba adcrebant , ut hic & hæc hæres , hæredis : louples , locupletis . Quæ es correpta terminantur præposita consonante , masculini sunt generis tertiae similiter declinationis , & una syllaba in genitivo crescant , ut hic poples , poplitis : hic fomes , fomitis : miles , militis : gurges , gurgitis : stipes , stippitis : hic cæspes , tis : hospes , tis . Nam fœmininū hospita facit . Exceptis his fœminini quidem generis , hæc seges , segetis : teges , tegetis . Communis uero accidentibus licet , hic & hæc teres : hic & hæc præpes : hic & hæc hebes : comes , itis : soffes , itis : superstes , tis . Et omnia genituum in tis syllabam mittuntur . Notantur hæc sola , quæ in dis non in tis

## PHOCAS

Faciunt genitium, hic ex hac præses, presidis: hæres, hæredis: deses, dis: obses, obsidis. Que in es productam & puram desinunt, fœminini sunt generis & declinationis quintæ, ut hæc facies, facie: ades, adæi: effigies, effigici. Exæpto uno inertii generis, quod nunc masculinum nunc fœmininum, ut hic uel hæc dies, diei, & quod ex eo figuratur masculini generis, hic meridies, meridiei. Vnum pre terea notatur eadem clausula finitum generis fœmi nini tertiae declinationis, hæc quies, quietis. Que in es correptam i, præcedente uocali desinunt, duo sunt masculini generis, hic aries, paries. Vnum fœ minimum, hæc abies, & tertiae sunt declinationis. faciunt genitium enim arietis, parietis, abietis.

¶ Miles tamen & fœminino genere prolatum inuenitur. Ouid. in. ij. Metamor. de Calisthe ne inibi loquens ait. Miles erat phœbes.

¶ Hospes, itis. Adduntur soppes, itis: trames: itis: palmes, itis.

¶ Accidentibus hoc est adiectius. Ex his tamen plura neutrī assodantur teste Prisciano. Ver. in. viij. Sed hæc tereti mos ast aptare flagello. Iuue. saty= ra. v. nec unquam depositum tibi soppes erit. L<sup>l</sup> ca. Rerum nos summa sequetur imperiumq; comes. Sic & diues neutro generi iunctum reperitur. Qui dius in primo de arte. Addidit externo marmore dices opus.

## DE GE. NOMINVM.

¶ Es productam aut correptam nomina habere dignosantur per penultimam genitiui eorundem nominum. Sic miles, es correptam habere dignosatur, quia penultima genitiui correptam habeat, ut miles, huius militis: sic haeres, es productam, q̄ penultimam genitiui productam habeat, ut haeres, huius heredis. Atq; id ita in omnibus fere obseruan dum est, ubi de ultime syllabæ quantitate dubitatur, ut in nominibus ita & in uerbis.

### ¶ De in is syllabam terminatis.

Is syllabæ finita præpositis, n et c, consonantibus masculini sunt ge. hic panis, hic funis, finis, annis, ignis, clunis, pisas, hic fasas. Vnum est foemini generis, hæc bipennis: unum communis, hic & hæc canis. Omnia tamen sunt tertie declinationis. Et illa sunt generis masculini, quæ in genitivo una syllaba adcrescunt. Ut hic lapis, dis: hic puluis, ris. hic sanguis, nis: uomis, ris: hic canis, ris: hic pollis, nis: hic impubis, impuberis. ut Tullius, Filiusq; eius impuberem. Ex his unum tamen foemini generis est, hæc austis, dis. Cetera qualibet consonante is syllabam præcedente, foemini sunt generis & eiusdem declinationis, nominatum & genitium parem habentia, ut hæc auis, classis, clavis, turris, puppis, hæc artis, hæc pellis, hæc searvis, messis, nauis, scrobis, scobis, hæc bilis, hæc febris, hæc pestis, hæc uestis. Sed si sunt academ

## PHOCAS

tia . i . ad corpus uel ad animam pertinentia , uniuersa communis generis & tertiae declinationis , & neutra ex se faciunt e , litera terminata , nihil à declinatione communium discrepancia , ut hic & hec fortis & hoc forte , huius fortis : hic & hec dulcis et hoc dulce , huius dulcis : hic & hec suavis & hoc suave , huius suavis . Et quæ deriuantur à principiis , is , syllaba finita , eandem regulam sequuntur , ut à populo hic & hec popularis & hoc populare , huius ris : spealis , speciale , & quæ similia sunt . Sunt præterea pauca nomina eadem clausula finita , que neq; n . neq; c , ante is syllabam habent , masculini generis , neq; in genitivo plus una syllaba proferuntur , ut hic fustis , hic ensis , hic postis , hic anguis , hic unguis , hic follis , hic collis , hic corbis , hic mensis , hic uectis , hic torquis , hic orbis . Præterea & quæ superius nominauimus omnia aut foemini sunt generis , aut communis . Nam super declinatione nulla est ambiguitas .

**T** Pollis , inis . Diatur quoq; & Pollen , inis . teste probo . Impubis , impuberis . Sed & huius impubis diatur . Virgili . in . i . Aeneidos Impubis Iuli . Et Plinius lib . xxxij . pueri impubis urina . Ab eo neutrū est impube . Horatius in Epodo . Hoc trementi questus ore constat puer impube corpus . Cicero tamen , ut author testatur , in quarto Philipicarum dixit . filiumq; eius impuberem legatum a patre missum . De his

## DE GE. NOMINVM.

¶ De his quæ in os syllabam terminantur.

Os finita syllaba tria sunt generis masculini.  
hic mos: hic flos: hic ros. Duo fœ. hæc eos: hæc dos.

Vnū neutri, hoc os, oris. Quidam & hoc os os-  
sis adiunct. Vnum communis, hic & hæc bos. Et  
omnia secundum diffinitam superius regulam mono-  
syllaborum tertie sunt declinationis. Dissyllaba  
tria, quorum duo sunt masculini generis, unum com-  
munis, eiusdem declinationis: hic lepos, leporis: ne-  
pos, nepotis: hic & hæc custos, dis: similiter hic  
& hæc sacerdos, tis.

¶ Sacerdos: tis. His adduntur à Prisāano im-  
pos, compos, quæ tamen potius omnis generis sunt.

¶ De in us syllabam terminatis.

Vs syllaba terminata nomina masculini sunt ge-  
neris, aut fœminini, aut neutri. Tantum unum  
est omnis generis tertie declinationis, hic & hæc et  
hoc uetus, ueteris. Sed masculini generis nomi-  
na, aut secundæ sunt declinationis, aut quartæ.

Exceptis duobus, quæ sunt tertie declinationis, hic  
ligus, ris: & hic lepus, leporis. Sed illa masculina,  
secundæ declinationis acqipiunt formulam, quæ  
in fœmininum genus transiunt: Illa quartæ, quæ aut  
à uerbis ueniunt, aut in fœmininum genus non tran-  
seunt. ut hic ascensus, huius ascensus, à uerbo asen-  
do: hic motus, huius motus: hic risus, huius risus:  
hic portus, huius portus: hic arcus, huius arcus:

## PHOCAS

quoniam in fœmininum non transeunt. Sed quoniam plurima inueniuntur, quæ nec à uerbis ueniunt, nec minus quartæ sunt: neq; fœmininum ex se faciunt. & tamen secundæ sunt declinationis: discernendæ ambiguitatis causa, diligentis inquisitione subiectas natauimus regulas, quo faalius declinationis diuersitas deprehendi possit. Ergo us syllaba terminata nominia masculini generis propria uel appellativa, siue fœmininum ex se faciunt, siue in aliud genus minime transformantur, secundæ sunt declinationis: ut Terentius. tij: Marcus, a: bonus, ni: canpus, pi: hortus, ti: fumus, mi: nudus, di: fungus, gi: mergus, gi: somnus, ni: lucus, a. Duo notantur, superius posuimus tertiae declinationis, us syllaba terminata eiusdem generis, ut hic ligus, ris: hic lepus, ris. Quæ à uerbis, aut nominibus uenient, principalibus, quartæ sunt declinationis: ut hic status, huius status: hic ductus, huius ductus: hic motus, huius motus: hic consulatus, hic tribunatus, magistratus, equitatus, primipatus: hic raptus, huius raptus: hic receptus, huius receptus: hic uifus, huius uifus.

Notantur hæc, quæ nec à uerbis uenient, nec à nominibus, derivantur, & tamen quartæ sunt declinationis, generis masculini. hic arcus, huius ar-  
cus. hic gradus, fructus, cestus, aestus, portus, la-  
etus, sinus, currus, cultus, luxus, senatus, fastu-  
sus, nictus, rictus, facetus, situs, fœminini gen-

## DE GE. NOMINVM.

vis eadem extremitate finita et secundæ declinatio-  
nis sunt tria tantum. hæc colus, huiuscoli. hec al-  
ius, alui. hæc humus, huani: & omnia arborum  
que in eadem syllabā desinunt scemini generis sunt.  
hec pirus, piri. hæc prunus, pruni. fagus, fagi,  
taxus taxi. fraxinus, fraxini. hæc ulmus, ulmi,  
hec alnus, alni. Tertie pauca sunt hæc tantum.  
salus salutis. palus paludis. iuentus, iuuentutis.  
senectus, senectutis. seruitus, seruitutis. tellus, tel-  
luris, uirtus, uirtutis. uenus, ueneris. Quartæ hec  
tantum. hæc anus, huius anus. hæc porticus, hu-  
ius porticus. hæc domus, hæc nurus, hæc socrus,  
hæc quercus. Neutralia illa sunt, quæ in genitio-  
una syllaba crescunt, & in ris desinunt, ut hoc de-  
rus decoris. hoc sydus, syderis. pondus, ponderis.  
hoc pecus, pecoris. Exceptis tribus quæ secun-  
de sunt declinationis correpta us, syllaba. hoc uul-  
gus, uulgi. hoc uirus, uiri. hoc pelagus, pelagi.  
Alia omnia masculini sunt generis, et declinantur ex  
templo secundæ declinationis, aut quartæ iuxta de-  
finias superius regulas.

Hoc uulcus uulgi. Vulgus tamen teste Pri-  
ſanno, tam masculini quam neutri generis inuenitur.  
Vnde uulgi numero pluratior a Cicerone de natura  
decorum usurpatur. Saturnum ( inquit ) maxime co-  
lunt uulgi. Et Virgi. in uulgum dixit. Neutro uero  
genere idē quoq; nō est. Semiquāmis ignobile uul-

PHOCAS

gus. Et item Claudianus. Mobile mutatur semper  
cum principe uulcus : & in carmine Panegyrico  
idem in laudem Stiliconis. Salicet in uulcus manat  
exempla regentum.

¶ De in ax syllabam terminatis.

Ax syllaba terminatur unū masculinū ge. propri  
um, ut hic Ajax: unum foemininum, hæc fornax.

Alia omnia sunt accidentia, et trium generum, hic  
& hæc & hoc audax, rapax, fallax, loquax, per  
tinax, minax, proax, contumax, peruicax, &  
omnia ad instar tertij ordinis declinantur, & à in  
obliquis casibus productam habent.

¶ De in ex syllabam terminatis.

Ex syllaba finita masculini sunt generis, declina  
tionis tertie, ut hic uertex, uertiās: hic culex, cu  
liās: codex, codicis: latex, ās: sorex, ās: pollex,  
ās: hic cortex, corticis: hic murex, muriās. Foemi  
nini generis hæc sola, hæc silex, ut Virgilius, ab  
silicē in nuda: hæc ilex, iliās: carex, caricis: &  
hæc suppellecx, suppellestilis. Si sunt accidentia,  
que in ex desinunt, omnis generis sunt, nihil à de  
clinatione discrepantia. nam tertie declinationis  
sunt, ut hic & hæc & hoc simplex, duplex, ar  
tifex, opifex, aurifex: & omnia in genitivo &  
in cæteris casibus, e, literam in i, conuertunt. Vnū  
reperitur masculini generis, quod e producat in ob  
liquis casibus, hic ueruex, ueruecis.

## DE GE. NOMINVM.

¶ Hec silex. Reperitur et masculino genere usurpatum ab authoribus. Ouidius in . viij , Metamor . Aut ubi terrena siliæs fornæ soluti .

### ¶ De in ix syllabam terminatis .

Ix syllaba quæ terminantur , masculini generis sunt . ut hic calix , alias : hic fornx , forniæs : uarix , uariæs . Fœminina sunt hæc . hæc salix , hæc felix , hæc radix , hæc æruix , hæc matrix , hæc corrix , hæc lodix . Ex his posteriora quinq; i , producunt in obliquis casibus . Accidentia trium generum sunt , ut hic et hæc et hoc felix , felias : hic et hæc et hoc pernix in eadem syllaba præpositis consonantibus , quarum prior muta , altera liquida est . Nomina fœminini generis desinunt in x , quæ à masculinis tor , syllaba finitis , et à uerbo uenientibus figurantur . ut hic genitor , hæc genitrix : hic uenator , hæc uenatrix : bellator , bellatrix : uictor , uictrix . Vnum eadem clausula terminatur masculini generis nomen serpentis apud Lucanum lib , viij . lectum est . Et natrix uiolator aquæ . Duo fœminæ , quæ à masculinis non ueniunt . hæc meretrix : hæc cicatrix . Omnia tamen proculdubio tertie declinationis sunt .

### ¶ De in ox finitis .

Ox syllaba finita ( exceptis monosyllabis ) omnia accidentia sunt , generis omnis , sed iuxtaratiuum superius demonstratam , ut hic et hæc et hoc

## PHOCAS

**F**erox, atrox, uelox : hæc quoq; eiusdem declinationis legibus subiaceant. Vnum fœminini generis hac extremitate apud Plautum lectum est, hæc Cœlox, quod sapham significat.

### ¶ De in ux terminatis.

Vx syllaba terminatur unum masculini generis proprium, hic Pollux, ds. Monosyllaba cuiuscunq; sunt generis, diffinimus: Fœminini monosyllaba lux, nux, crux. Quidam communis generis hæc syllaba finitum afferunt hic. Et hæc coniux: qui nominatum sine n, litera profetri uolunt: quia in genitivo & alijs casibus eadem litera non seruat, ¶ Cœliux. Priscaius de hoc nomine. Et unum cōmune, inquit, quod habet. n, interpositam in nominativo, & eam in obliquis casibus amittit. Sunt tandem qui putent nominatum quoq; sine n, scribēdū.

### ¶ De his quæ in tñiuntur.

T litera muta unum nomen terminatur, generis neutri, hoc caput capit, & quæ ex eo componuntur, ocaput, tis: sinaput, tis. Persius satyra sexta. Et fissa sumosum sinaput aure.

## ¶ DE HIS Q VAE IN DVAS DES INVNT CONSO- NANTES.

Quæ in duas desinunt consonantes exceptis (ut scriptus dictum est) monosyllabis si sunt accidentes:

## DE GRAE. NOMINVM DECLI.

trium generum sunt. Et tertij ordinis ( remota ab  
sigillitate declinationis ) ut hic & haec & hoc in  
gens , tis: hic & haec & hoc celebs , his : hic & haec  
& hoc inops , pis : expers , tis : sollers , tis : confors ,  
tis : hic & haec & hoc potens . Pauca sunt ma-  
sculini generis propria , hic mauors , mauortis : hic  
Aruns , aruntis . Pauca appellativa , quorum  
alia masculini generis , alia foemini : hic adeps ,  
adipis : haec cohors , cohortis : haec hyems , hyemis :  
& similia .

## EXPLICIT REGVLA LATINORVM.

## INCIPIT REGVLA GRAECORVM.

**F**OELICITER expositis latinorum regulis,  
græcorum quoq; tractanda est declinatio , qua  
plerumq; utimur in sermone , & maxime pro-  
prijs , que in usu latine lingue admissa sunt , ut etiā  
certis diffinienda sint regulis . Memineris autem  
omnia græci nomina propria , uel appellativa , aut  
primæ esse declinationis , aut secundæ , aut tertie ,  
generis masculini , foemini , neutri . Sed primæ  
quidem & secundæ declinationis masculina & fo-  
mina reperiuntur , tertie autem masculina , foemina  
neutra . Quæcumq; nomina in as. uel es. uel

PHOCAS DE GRAECO. NOMINVM.

a syllaba terminatur, si apud gracos genitium in ov̄mittunt, apud nos sunt primæ declinationis, ut ὁ Αἰνείας, τοῦ Αἰνείου: hic Aeneas, huius Aenee. ὁ Λυσίας, τοῦ Λυσίου: hic Lysias, huius Lysiae. ὁ Αμύντας, τοῦ αμύντου: hic Amyntas, huius Amyntæ. ὁ Δαμοίτης, του Δαμοίτου: hic Damoetas, huius Damoete. ὁ κλοάντης, του κλοάντου: hic Cloantes, huius Cloantæ. Exceptis his ἰωάννης, του ἰωάννου: hic Ioannes, huius Ioannis ὁ ὄροντης, του ὄροντου: hic Orontes, huius Orontis. ο ὄρεσης, του ὄρεσου: hic Orestes, huius Orestis. ὁ ἱερώδης, του ἱερώδου: Hic Herodes, huius Herodis. ὁ πυλαδης, του πυλαδού: hic Pylades, huius Pyladis. Atq; hac quidem omnia masculin generis sunt. Item illa flexa, quæ s litera adempta, faciunt apud illos genitium, similiter apud nos eiusdem declinationis. ut Antas, Antæ: Menas, Menæ. Quæ & accusatiuum singularē in n, potius quam in m, syllabam terminant, ut Aenean, Anchisen, Lysian.

Simili ratione patronymica nomina declinantur. ut hic Priamides, Priamide: Pelides, Pelide: hunc Priamiden, Peliden. Græca autem foeminina, quæ a, litera finiuntur, primæ sunt declinationis. ut Medea, Medeæ: Phedra, Phedre: Andromeda, Andromedæ;

## DE NOMI. GRAECO. DECLI.

dromed.e : & que in e, productam apud illos desinunt, apud nos e in a, conuersa sunt eiusdem declinationis, ut hæc Circa, Circæ: Andromacha, Andromachæ. Aut secundum græcam declinationem inflectuntur per nominativum casum, ut hæc Libye, huius Libyes, Sic Lucanus libro nono.

Finibus extremis Libyes, ubi feruida tellus. Secundæ declinationis sunt græca masculina vel fœmina, que os syllaba brevi terminantur, o, litera in u, mutata apud latinos, ut hic Homerus, ri. Ignus, Igini. Tyrus, Tyri. Berytus, ti. Cyprus, cypri.

Item que apud illos in eius syllabam desinunt, sunt masculina propria eiusdem declinationis, ut hic Peleus, Pelei. Tydeus, Tydei. Aeneus, Aenei. Orpheus, Orphei: hæc datiuum singularem duplēm habent. Nam & Pelei & Peleo dicimus: Orphei & Orpheo, ut Vergili. Ecloga. v. Orphei Calliopea Lino formosus Apollo. hoc græcum est, illud Latinæ declinationis: accusativum tamen habent græcum, ut Pelea, Tydea.

Item illa que apud græcos in gros, & in dros, in eros, in tros syllabam mittunt, postrema syllaba in er conuersa eiusdem sunt declinationis, ut μελέας, γρος: meleager, gri. μένανδρος: menander, dri. Τεῦκρος, Teuer, cri. Ἀντιπάτρος: Antipater, Antipatri. Excipiuntur quedam in gros, in bros.

## DE NOMI. GRAECO. DECLI.

In dros, & in tres syllabam desinentia, que nominium non in er mutant, nihil tamen à declinatione dissentunt, στόμερος, scombros : ἄρδηρος, drus : κόνγρος, congrus : πέτρος, Petrus.

In or masculina nomina propria desinunt, & sunt tertiae declinationis. ut Hector, & toris: Nestor, Nestoris: Mentor, Mentoris: Actor, Actoris. In his omnibus o, in omni casu corripitur.

In eas masculini generis desinentia, si apud illos genituum in os mittunt nos tertiae declinationi applicabimus, ut θόας, θοάτος : Thoas, thoantis: ἀτλασ, ἀτλαντος : atlas, atlantis: γίγας, γίγαντος: gigas, gigantis. Et foemina simili ter eadem syllaba terminata, tertie sunt declinationis: ut hæc Pallas, dis: μαίανδρος, μαίανδος: Mænas, Mænatis: Thyas, dis: Oreas, dis.

In es propria masculini generis desinunt. Quorum si græca genituum in os efferrunt, simili modo latini tertij ordinis exemplo declinant, ut δημοσθένες, δημοσθέντος: Demosthenes, nis: τολιπέρχος, τοσ: Poliniæs, as: διογένης, διογέντος: Diogenes, Diogenis. Et que circumflexo accentu pronuntiantur, in suo statu hæc remanent, & græcam declinationem sequuntur. ut hic Eumenes, Eumeneos: Euprepes, Euprepeos: quanquam quidam sic declinare uoluerunt. Eumenes, Eumenis: Eupre-

## DE NOMI. GRAECO. DECLI.

pes, Euprepetis. Et quæ in tis genituum mittunt, similiter declinantur: ut Dares, Daretis: Chremes, Chremetis, diamus & Chremis: Diores, Dioris: Antores, Antoris.

Et quæ in is tam masculini quam fœminini generis desinunt, eiusdem declinationis sunt: ut hic Da phnis, dis: Tybris, dis. Et fœminina, hæc. Thais, dis: Lais, Laidis: Isis, Isidis: hesperis, hesperidis. Et omnia genituum in dis syllabam mittunt. Excepto uno Simois, quod simoentis facit genitium.

Et quæ in oꝝ masculini generis propria, figuræ compositæ desinunt, tertiae sunt declinationis, ut hic Melampus, dis, cœdipus, dis.

In ys propria masculini generis sunt, & tertiae declinationis, ut Capys, Capyis: Phorcys, Phorcyis.

O litera finita propria sunt generis fœminini, quæ translata in latinam linguam nihilominus græcam declinationem obtinent, ut Dido, Manto, Erato, Calypso, Themisto. Declinantur enim modo, hæc Dido, didois, didoi, didoem, ab hac di doe. Errant. n. qui Didonis, aut Mantonis genitium dicunt: & uoas asperitas & ueterum authoritas eiusmodi declinationem repudiant.

In On, masculini generis propria desinentia quæ genituum aut in os, aut in tos mittunt, apud nos tertiae declinationis esse asserunt. In os, ut Simon, si-

DE GRAECO. NOMINVM DECLI-  
monis: Damon, Damonis. Hæc interdum apud  
Latinos mutata nouissima litera proferuntur.

In tos, ut Laocoon, Laocoontis: Hippoco-  
on, Hippocoontis. Et qua in os genitium mittunt,  
penultimam syllabam productam habent in obliquis  
casibus, exceptis duobus, que in genitio o cor-  
ripiunt, ut Memnon, nis. Agamemnon, nis.

In an masculini generis desinentia nomina, et  
quoq; tertiae declinationis sunt, ut titan, nis. Pæan,  
Pæanis. Horum accusatiuum tam numeri singularis,  
quam pluralis secundum græcos proferimus, ut ti-  
tan, pæana, hos titanas, hos pæanas. Vnum etiam  
genitium singularem propter differentiā in os iux-  
ta græcam declinationē mittit, hic pan, huius pa-  
nos, ut Vergi. Panos de more Lycæi.

In in, masculini generis exeuntia eiusdem declina-  
tionis, ut hic delphin delphinis: accusatiuum utri-  
usq; numeri delphina & delphinas (sicut græa)  
proferimus.

In os productam generis masculini, tertij ordi-  
nis. ut Minos, ois: heros, herois: tros, trois.

A finita græca neutri sunt generis. nam super  
declinatione nulla est ambiguitas: nam eiusdem sunt  
ordinis, ut poema, poematis: toreuma, tis: emble-  
ma, tis. Que quamvis tertie sint declinationis,  
datiuū et ablatiuū pluralem nō in bus sed in tis mit-  
tunt ratione nominum secundæ declinationis. nam

## DE NOMI. GRAECO. DECLI.

his portmatis, emblematisq; diœndum est.

In ax uel in ix, masculini generis nomina desinunt, & genitium is syllaba finiunt, ut thorax thoraas: phœnix, phœniæ: & quæ in duas desinunt consonantes, tertiae declinationi similiter applicantur, ut hic cyclops, cyclopis: chalybs, chalybis.

Vniuersa nomina græca cuiuscunq; sunt generis, genitium apud illos in has syllabas mittunt, in ὁς ut ἡ κίρκη, τησκίρκης. In ἄσ, ut φέδρα, φέδρασ. In ὄυ, ut ἄρτησ, ἄρτοι. In ἄ. ut λάσσασ λάσσαι. In ὄσ, ut ἄλασ, ἄλαρτος. In οῦσ, ut δικυοδέρκος, δικυοδέρκουε. In ωσ, ut θησεύς, θησέωε. Igitur quæ nomina apud græcos genitium uel in ὁσ aut in ἄσ mittunt, apud nos prime sunt declinationis, ut ἡ κίρκη, τῆς κίρκης: Circa, circæ. ἡ φέδρα, τῆς φέδρασ: Phedra, phedræ. Quæ i ἄ uel in οὐ genitium mittunt, & in nominatio ἄσ, uel ὁς syllabis terminantur, simili modo prime sunt declinationis, ut Antas:tæ, Aeneas Aeneæ: Orestes Orea:stæ. Quæ in οὐ syllabam exeunt in genitio nominatio οὐ syl. termiato ueniētia, secunde sunt declinationis, ut ὅμιρος, ὅμιρου: μένανδρος μενάνδρη. Item quæ in οὐ exeunt, secundæ sunt. ut Tydeus, Tydei: Peleus, Pelei. Quæ in οὐε uel in οὐ syllabas genitium singularem mittunt, omnia ter-

## DE NOMI. GRAECO. DECLI.

tie sunt declinationis , remoto dubitationis et  
vore, ut δῆμος ἐνησ, δῆμος θεος: Demosthenes,  
mosthenis: ὁ πάρις, δόρ: Paris, paridis: ὁ μίνας,  
μίναντος: Minas, minantis. ταῦλας, δόξ: Pal-  
las, palladis : ἡ θαισ, δόξ: Thais, thaidis: ὁ ωϊν-  
μα, τόσ: Poema, poematis .

¶ Tyrus urbis nomen est , et ita legendū est non  
Thyrrus, ut hactenus in exemplaribus excusis , quod  
propriū uiri nomē est: de quo Vergili. in. viij . Aencl.  
Thyridē pueri , quem matris ab ubere raptum Nu-  
tribant Thyrrus que pater . &c .

¶ Berytus quoq; urbis nomen est , et producat  
penultimā . Dionysius de situ orbis . οὐεὶ τύγον  
ωγυρίκη βερυτοντ διηαρ ζεανη. Quem uersum  
Priscaanus ita reddidit latinum . Antiquamq; Tyrus  
Beryti & mœnia gratæ .

¶ Sed et conger diatur apud latinos , et qui-  
dem frequentius . Actor tamen magis latinum q  
græcum nomen uidetur, de quo paulo supra .

¶ Melampus, dis. Apud græcos in ouσ hec no-  
mina desinunt , ut μελάμπες, διδιπτες ¶ οε-  
μισω apud Hesiodum in theogonia una ex filiabus  
oæani fuisse legitur .

¶ Errant. Prisca. tamen contra de his noibus. Vel  
addita , inquit , nis faciunt genitium , ut Dido , Di-  
donis : Calypso , Calypsonis : Io , ionis .

## HETEROCLETIS.

¶ His poematis etc. De his noībus et Prisāa. ad hūe  
modū. In huiusēmodi tamē noībus, inquit, quæ sunt  
græca, frequenter inuenimus datium antīquos &  
ahlatiūm plurales in is producēam proferentes cō  
tra regulam tertiae declinationis, ut Cicero in libro  
de signis. Nunc de peripetasmatiſ, quomō te expe  
dias habes. Et ad Herennium idem in quarto. De  
orationibus aut poematis.

## DE NOMINIBVS HE TEROCLITIS.

**Q**VONIAM genera & declinationes tā  
latinorum q̄ græcorum nominum dulāde  
breuiterq; explanauimus, de cæteris q̄ præ  
positis regularum legib⁹ refragantur, differemus:  
ut discessa penitus ignoratiōnis caligine, inoffensa  
luce scientie, mentes adolescentum illustrentur,

Sunt quædam nomina in utroq; numero non ei  
usdem generis. Alia sunt non eiusdem declinationis.  
Alia nomina sunt, quæ non in utroq; numero decli  
nantur. Alia certis casib⁹ deficiunt. De his dicemus  
& primum de illis, quæ generibus discrepant.

In singulari numero generis masculini, in plurali  
neutri. ut hic locus, & hæc loca: diamus tamē & hi  
loa: hic iocus & hæc ioca: diamus & hi ioc: hic  
mœnalus, hæc mœnala: hic tartarus, hæc tartara:  
hic gargarus, hæc gargarra: hic carbasus, hæc ca  
basa: hic ifmarus, hæc ifmara: hic sibilus, hæc sibilis.

## DE NOMINIEVS

In singulari numero generis fœminini, in plurali  
neutri, ut hec pergamus & hæc pergama: hæc in=tybus, hæc intyba: hæc arbutus, hæc arbuta.

In singulari numero generis neutri, in plurali fœmini, hoc epūlum, hæc epulæ. Sic Iuuenalis: Vnde epulum possis centum dare pythagoræis. Alij hæc epulæ semper pluraliter declinant: hoc balneum, hæc balneæ diamus, & hæc balnea. ut Tullius. ad balneas palatinas. Iuuenalis. Et crudum pauonem in balnea portas: hoc cœpe, quod in singulari numero est aptotum, in plurali fœmininum, hæc cœpæ, & ordine declinatur.

In numero singulari generis neutri hoc porrum, in plurali hi porri: hoc frenum, hi freni. ut Luca= nus. Frenosq; momordit. Dicimus tamen & hæc frena: hoc filium & hi fili. Idem. Traxerunt tor= ti magica uertigine fili: & hæc fila dicuntur: hoc argos, hi argi.

In plurali numero mutant declinationem hec. Hoc iugerum in singulari numero secunde declina= tionis est, in plurali tertie. Nam genituum horum iugerum, datiuum & ablatiuum his & ab his iuge= ribus facit. Et uas quod tertie est in singulari nu= mero, in plurali secunde, Nam genituum horum uasorum, datiuum & ablatiuum his & ab his ua= sis dicimus. Pauca sunt primæ declinationis no= mina, que contra regulam datiuum & ablatiuum

## HETEROCLITIS.

numeri pluralis in bus syllabam mittunt, discernentiae ambiguitatis. i. sexus causa, bis & ab his de abus, filibus, mulibus, equabus, libertabus, nata bus, asinibus: quæ à uiris peritis usurpata sunt.

Hæc sunt quæ in utroq; nüero non admittunt declinationem, quorum alia singulariter, alia plurali ter tantum declinantur.

Deorum propria nomina, elementorum, fluminum, Heroum, montium, singulariter dumtaxat declinantur. Item urbium, nisi quæ naturaliter pluraliter efferuntur, ut athenæ, thebæ, cumæ, myrenæ, atellanae, grauifcae, crustumiae, cosæ, carpi, puteoli, ostia. Item metallica, quæ omnia sunt secundæ declinationis, & generis neutri, ut hoc aurum, argentum, ferrum, plumbum, stannum. Exæpto uno æs, quod eiusdem generis est, sed iuxta rationem tertii ordinis monosyllaborum tres causi in plurali numero admittit, nominatum, accusatum & uocatum. hoc æs, & hæc æra. Itē arida uel liquida, quæ ad mensuram pondusque referruntur, ut triticum, ordeum, frumentum, far, lens, acer, milium, eruum, oleum, uinum, mel, mulsum, defrutum, muria. Ex his multa ueteres auctoritate licentiae largientes, pluraliter extulerunt, hæc ordea, farra, mella, defruta, uina: hæc etiam usus reæpit. nam uina ea dicimus, & masica. Præter hæc alia sunt, quæ plurali numero defini-

## DE NOMINIBVS

unt . Generis quidem masculini hæc , hic sumus , si-  
mus , limus , puluis , sanguis , genius . Generis fœ-  
minini , hæc famæ , lux , labes , pax , sitis , tabes ,  
humus . Generis neutri , hoc coenum , foenum ,  
ius , lutum , uulgas , pelagus , virus , uiscum , euum ,  
penum .

In plurali numero tantum declinantur nomina  
numerorum , præter unum , quod plurali numero  
deficit tantum , ut duo , tres . Memineris autem no-  
mina numerorum ab uno usq; ad tres declinari , à  
quatuor usq; ad centum minime : à ducentis usq; ad  
nongentos per omnia genera pluraliter tantum de-  
clinari . Est etiam unum aptotum neutri generis , sensu  
per eiusdem numeri , hoc pondo .

Præter hæc alia sunt , quæ in singulari numero  
non declinantur . Generis quidem masculini , hi an-  
tes , hi careres , cani , casses , fores , fori , liberi , ma-  
nes , optimates , primates , proceres , pugillares ,  
quirites , sentes , ucpres . Generis fœminini , argutiæ ,  
blanditiæ , canæ , exequiæ , inferiæ , insidiæ , inimici-  
æ , exuuiæ , manubriæ , primitiæ , bigæ , trigiæ , qua-  
drige , compedes , delitiæ , diuitiæ , dapes , feriæ ,  
scale , phaleræ , genæ , facetiæ , induitæ , Kalen-  
dæ , idus , nonæ , latebriæ , nuptiæ , nundiniæ , quis-  
quiliæ , reliquiæ , tenebriæ , antie . Generis neu-  
tri , arma , mœnia , castra , magalia , crepundia , ex-  
ta , spolia , scrtæ , præscptæ , pasata , sponsalia , præ-

## HETEROCЛИTIS.

cordia, mapalia, cinabula. Item festorum deorum nomina, ut Saturnalia, Neptunalia, Bacchanalia.

Certis casibus deficiunt, hec saties, quod preter nominativum singularem, nullum casum admittit: hanc ditionem, & ab hac ditione: hoc quoque nomina tuo casu utriusque numeri defiat, preter accusativum & ablativum singularem. Laterem similiter accusativum tantum lectio usurpauit. Sponte & tabo ablativum singularem habent tantum. Tabes nominativum & accusativum & ablativum numeri singulareis habet dumtaxat. Sunt alia, que a genitivo casu singulari declinationis sumunt exordium, & intra utrumque numero recte declinantur. ut Remigis: frondis: uerberis. ut Lucanus. At saxum quoties ingeriti uerberis ictu Excutitur. Alia duos aut tres tantum casus habent in singulari numero, sed in plurali per omnes declinantur, ut huius opis, hanc opem, ab hac ope: huius uicis, & hanc uicem, ab hac uice.

Alia ablativum habent in singulari numero. ut ab hoc frugi, ab hoc obiae, ab hac prece, ab hoc uicare. Hec quoque in plurali numero declinantur.

Pauca sunt, que cum in singulari numero non deficiant, in plurali tres tantum casus habent: de quibus paulo superius diximus, hec iura, hec rura, hec era, hec maria.

**T**Sed & cœpa numero singulari inuenitur

## DE NOMINIBVS

Quid . Cedenda est hortis cruta cœpa meis . Colua  
mella quoq; in hortis dixit . Lachrymosaq; cœpa .

¶ Hoc filum , hi fili . Adduntur hoc cœlum , hi  
cœli : hoc rastrum , hi rastri : & hoc capistrum , a\*  
pistri .

¶ Vrbiū . Ex his plura singulariter inueniuntur  
declinata . Sic Mycena , Myæna : & Myæ-  
na Mycénarū . Ver . i . v . Aenei . Argolicouæ mari de-  
prehensus & urbe Myæna . Sic Thebe , Thebes : &  
Thebe , Thebarum . Iuuenalis Saty . xv . Atq; ue-  
tus Thebe centum iacet obruta portis . Statius in  
viiij . Thebaidos . Viue superstes abi direç; ad  
menia Thebes .

¶ Liberi . Liberorū nomine tam mares q; fœmi-  
ninas significari , indicat Plautus in trinummo . Libe-  
ri quid agunt mei , quos hic reliqui filium atq; filiz-  
am .

¶ Spolia . Spolium tamen legitur , & numero  
singulari . Vergili . in duodecimo Aenei . Actoris  
Arunci spolium .

Sponte & tabo . Spontis quoq; & tabi casu ge-  
nitivo leguntur . Spontis apud Cor . Celsum , de quo  
supra . Tabi apud Lucanum in vi . Stillantis tabi  
saniem , uirusq; coactum .

¶ Satis idem quod satietas . Sill . Itali . lib . iiiij .  
Nec finis satisue noui sed sanguinis ardor . Dicitur  
& satias eodem significatu . Terentius in Eunicho .

## HETEROCLITIS.

Vbi satias me cœpit, commuto locum.

¶ Obijæ. Vergili. in deamo Aeneidos. Ecce ma-  
ris magno claudit nos obijæ pontus. Hic notandum,  
q̄ cum primam productam habet, per ij duplex scri-  
bendum est. Alias per i simplex, ut apud Sill. m. iiiij.  
¶ in accusatiuo plurali. Et firmos certent obi-  
jas arcessere sylua. Cuius ¶ ablatiuo numeri plu-  
ralis usus est Vergi. in secundo Georg. obijabus  
ruptis.

## ¶ De genitiis.

Vniuersa nomina primæ, secundæ & quartæ de-  
clinationis totidem syllabis in genitiuo, quot in no-  
minatiuo proferuntur, præter unū uir, & si qua ex  
eo componuntur. Et que in er, syllabam desinunt.  
Tertie aut pares habet syllabas in obliquis casibus,  
aut unam adsumunt. Quintæ proculdubio plus  
una syllaba proferri solent. Pauca inueniuntur  
tertiæ declinationis, que in genitiuo duabus sylla-  
bis crescent, Iter, itineris: Anæps, anapitis: tri-  
æps, tis: bice ps, tis: præcps, tis: iecur, ioano-  
ris, lectum est & iecoris: suppellex, suppellectilis.

¶ In er uariant. Nam ex his quædam crescunt  
syllabis in obliquis, ut prossper, prossperi: asper, as-  
peri: quædam pares syllabas in omnibus casibus ha-  
bent, ut magister, magistri: dexter, dextri. quanq;  
& dexteri dicatur. Sic & sinistri, sinistri.

## PHOCAS DE Q. VIBVS. CASIBVS

### ¶ De uocatiis.

Omnium nominum cuiuscunq; sint declinatio-  
nis: uocatius singularis similis est nominatio eius-  
dem numeri: neq; hoc in dubium uenit. Exceptis  
nominibus secundæ declinationis, quorum uocatius  
diuersis exprimitur modis. Propria igitur nomina,  
quæ in nominatio casu singulari us, syllaba termi-  
nantur i, litera us preposita, adempta us, faciunt uo-  
catium. ut Virgilius, Virgili. Terentius, Teren-  
ti: Domitius, Domiti. Præposita qualibet consonan-  
te uocatiuum in e, correptam mittunt, ut hic Tur-  
nus, o Turne: Hic Marcus, o Marce: hic Lentu-  
lus, o lentule. Appellatiua quæ in ius desinunt, uo-  
catium in e, mittunt: ut Fluuius, o fluui: socius,  
o soe. Quem ueteres iuxta nominatiuum profe-  
reabant uocatiuum, ut Vergilius. Corniger he-  
peridum fluuius regnator aquarum. Quæ con-  
sonante prælata in eandem syllabam desinunt: si  
quidem sunt accidentia uel deriuatiua, uocatiuum in  
e, mittunt, ut doctius, docte: sanctus, sancte: Ro-  
manus, ne: Hispanus, ne. Cetera in us potius q; in  
e, syllabā excidunt, Sic Lucanus. Degener o popu-  
lus: Et o popule lectum est: lucus, o lucus. Quæ  
tanen à ueteribus propter asperitatem uocis mi-  
nime usitata sunt, adeo ut rara huiusmodi declina-  
tionis reperiantur exempla, hæc myrtus, o myrtle.  
Et te proxima myrtle.

## NOMINVM.

¶ Ut Vergilius subaudi m. viij. Aeneid. Prisæanue  
tamen putat fluuius pro fluuiie dictum a Vergilio,  
uel metri, uel Euphonie causa.

## ¶ De ablatiuis.

Tertiæ quoq; declinationis nominum ab=latiuus casus singularis duobus modis proferri so=let, aut in e, aut in i: sed illa que in i excent, com=munis sunt generis, & in nominatiuo is syllaba terminantur, ut hic & hæc suavis, ablatiuo ab hoc & ab hac suavi. Item neutra, que in nominatiuo e, uel ar, uel al, syllabis terminantur: hoc se=dile, ab hoc sedili: hoc laquear, ab hoc laqueari: hoc animal, ab hoc animali. Excepto eum e, an=tel, habetur: tunc e, litera, non i terminatur abla=tius, ut hoc mel, ab hoc melle: hoc fel, ab hoc fel=le. Item que in duas desinunt consonantes, uel in x, dupliam: & sunt accidentia, & trium gene=rum, ut hic & hæc & hoc ingens, & ab hoc & ab hac & ab hoc ingenti: hic & hæc & hoc au=dax, ab hoc & ab hac & ab hoc audaci. Et que i=r, desinunt, & masculini uel fœminini uel trium sunt generum, ut hic & hæc acer ab hoc & ab hac acri. hic & hæc & hoc par ab hoc & ab hac & ab hoc pari: & que in immittunt accusatiuum. Sunt au=tæ hæc turris, hæc turrim, ab hac turri: hæc sitis, hanc sitim, ab hac siti: hæc puppis, hanc puppim, ab hac puppi: hæc securis, hanc securim, ab hac securi.

## DE VERBIS

febris , torquis , uectis , hec restis , hanc restim , ab  
hoc resti . Præterea hæc nauis , bipennis , hic ignis :  
que similiter & ablatium in i mittunt , que sepe  
poete per e , solent efferre . Cetera omnia tertie  
declinationis nomina ablatium singularem in e , mit-  
tunt .

¶ Item que in duas consonantes desinunt . Hu-  
iusmodi tamen nomina authore Prisiano , & per  
e ablatium faciunt . Sic ingente uel ingenti dicimus :  
duplice uel duplia . Hora . in . ij . sermonum . Tum  
pensilis una secundas Et mox ornabit mensas cum  
duplice fico . Teren . in Phormione . Commodius esse  
opinor duplia spe utier .

¶ Impare tamen legitur a p̄r . Vergili . Ec-  
loga . viij . Numero deus impare gaudet .

## EXPLICIT NOMINVM TRA- CTATVS: DE VERBIS INCIPIT.

## DE VERBIS, ET EORVM PRAETERITIS.

**Q**VONIAM ut opinor , de nomine conue-  
nienter tractatum est , Nunc de uerbo (si-  
aut præfatio pollicetur ) differemus . Cu-  
ius omnis ambiguitas in discernenda coniugatione et  
cognoscendo

## DE PRAE TE. VERBORVM.

cognoscendo preterito perfecto uersatur. De his  
nos pro ingenij uiribus diligenter docebimus. Nam  
¶ cætera multorum expositio declarauit.

### ¶ Tres uerborum coniugationes.

Igitur coniugationes sunt tres, ut alij quatuor.  
Quas in secunda persona presentis temporis, in di-  
ctiui modi, dinoſamus. Formæ quatuor, Perfe-  
cta, Meditatiua, Inchoatiua, Frequentatiua. Sed  
perfectæ formæ uerba omnium sunt coniugationū.

Frequentatiue, tantum prime coniugationis.

Excepto laesso, quod uenit à lacero. Incho-  
atiue, tertiae dumtaxat correpta. Meditatiue, tertie  
productæ uel quartæ.

Genera uerborum facili ratione dinoscuntur, aut  
enim actiua sunt, & o, litera terminantur, & as-  
sumpta r litera transeunt in passiuam: Aut passi-  
ua, & adempta nouissima litera, redeunt in acti-  
ua: Aut neutra sunt, que actum significant, & ac-  
tiuam habent significationem, & in passiuam mini-  
me transeunt: Aut supina, que ut actiua quidem de-  
clinantur, sed significationem habent passiuam: ut  
uapulo, ueneo, pendeo: Aut deponentia superiorib.  
contraria, que passiuorum declinantur exemplo  
& significationem habent actiua, neq; r literam  
possunt amittere: Aut communia similia deponen-  
tibus & passiuis, sed agentis & patientis forma in-  
staeuntur. Vnde constat uniuersa duobus modis

## PHOCAS DE PRAETERITIS VER.

declinari . Nam neutra & supina actiuarum , deponentia & communia passiuorū regulam sequuntur . Sunt præterea neutropassiva , que in præterito perfecto & plusquamperfecto passiuam declinationē habent , in alijs neutrā . Et sunt hæc sola , secundæ quidem coniugationis , ut audeo , gaudeo , soleo : Tertiæ autem fido , fio , & si qua ex his cōponuntur : præter hæc nulla sunt huiusmodi declinationis uerba . Sunt alia passiva neutra superioribus contraria , hæc sola , comperior , mereor , diuerter . Nam in præterito , comperi , merui , diuersti , sicut actiua uel neutra proferuntur .

¶ Excepto laccesso . Laccesso Prisci . uult desideratiuum dici , ut alia pleraq; arcesso , capesso , facesso .

¶ Pendo . Additur a Prisci . exulo : Additur & fio . ut exulo a te , fio ab illo .

¶ Supina . Hæc prisci . neutropassiva appellat .

¶ Superioribus , hoc est neutropassivis .

¶ De præteritis uerborum prime coniugationis .

V N I V E R S A uerba prime coniugationis , que in secunda persona as , syllaba terminantur , siue actiua sunt , siue neutra : præteritum perfectum in ui , syllabam mittunt , ut amo amauī , aro arauī , armo armaui , narrō narrauī , canto cantauī , nauigo nauigauī , paro parauī , seruo seruituī : Exceptis nonnullis quæ in

## VERBORVM.

Hi diuisas syllabas mittunt præteritum, ut seco seau; neco necui, ueto uetui, sono sonui, tono tonui, mico micui, crepo crepui, plico plicui, domo domui, frico fricui. Et si qua adnexis præpositionibus cōponuntur: explico tamen utramq; formam seruat in præterito. nam explicui & explicau; dictum est.

Quatuor huic regulæ refragantur. nam neq; in ui, neq; in ani exeunt, sto steti, do dedi, lauo laui. iuuuo iuui: sed duo posteriora quidam superioribus applicant errantes. Nam illa in ptō una syllaba crescant: hæc totidem in præsenti proferuntur.

T Frico fricui. Adduntur a Prisā. duo, subo, abui: & nexo, nexui.

## DE PRAETERITIS VER<sup>a</sup> BORVM SECUNDÆ CONIVGATI<sup>O</sup>= NIS.

S E S V N D A coniugatio (quām non tantum secunda persona, sed etiam prima facile declarat. Quoniam omnia uerba que eo, syllabæ in prima psona finiūt, secundæ sunt cōiungatiōis: Excepto uno tertię productæ, eo is, et si qua cōposita ex eo figurantur: & duobus prime, creo creas, meo meas, similiter & beo, as) præcritum perfectum mittit uel in hi diuisas syllabas consonante præposi-

## PHOCAS DE PRAETERITIS

ta, uel in ui syllabam præcunte uocali, ut doceo dicitur, paueo paui, caueo caui: uel in di, uel in xi, uel in si: quæ inter excepta notabimis. Ergo omnia uerba secundæ coniugationis qualibet consonante præposita eo syllabc, præteritū perfectum in ui di uisas syllabas mittunt: ut habeo habui, debeo debui, rubeo rubui, doceo docui, taceo taui, misceo misui: iaceo iacui, noceo nocui, arceo arci, areo arui: egeo egui, splendeo splendui, candeo candui, mædeo madui, egreo egrui, langueo langui, rigeo rigui, caleo calui, doleo dolui, olco olui, paleo pallui, timeo timui, tepeo tepui, torpeo torpu, careo carui, pareo parui, uireo uirui, floreo florui, horreо horrui, censeo censui, niteo nitui, pateo patui, teneo tenui, caneo canui. Exāpiuntur paucæ quæ in si, syllabam mittunt præteritum: iubeo iussi, mulgeo mulsi, mulgeo mulsi, algeo alsi, fulgeo fulsi, ardeo arsi, suadeo suasi, maneo mansi, hæreo hæsi, rideo risi, torqueo torsi, indulgeo indulsi. De urgeo & turgeo ambiguntur. Alia in xi, lugeo luxi, frigeo frixi. Illa in ui syllabam præteritum mittunt, quæ in prima persona modi indicatiui, temporis præsentis u ante eo habent, & primam syllabam, quam in præsenti tempore breuem, in præterito longam habent: ut faueo faui, paueo paui, foueo foui, moueo moui, aueo auui, noueo noui, & quæ ex his componuntur.

## VERBORVM.

dur. Quædam etiam quanquam in presenti non sint similia superioribus, præteritū in uī syllabā mittunt producta penul. prete. ut neo neuī, fleo fleui, aeo aui, impleo impleui, compleo compleui, expleo explcui, deleo deleui. Non multum ab his discrepare uidentur etiam hæc, quorum prima syllaba in præterito ex correpta adit in productam, ut sedeo sedi, uidco uidi. Contra omnium regulam est prandeo prandi. Quædam sunt in secunda coniugatione: quorum præteritum perfectum iteratur per primam, hæc sola, pendeo pependi, spondeo sponpon di, tondeo, totondi, mordeo momordi. Quæ a sumptis præpositionibus non eo dem modo proferenda sunt: nam despundi, & dissundi, & rependi, & detondi & premordi diamius. De neutrī passi uis aliunde dictum est.

¶ Similiter et bco. Additur a Prisā. laqueo, as: nau seo, as: erucleo as: screo, as: calceo, as. Sic & ad eo additur queo, & ex eo compositum, nequeo. ¶ Ambigitur. quod eorū præterita raro reperiatur. Turgeo tamen tursi, et urgeo ursi facere reperitur.

## DE PRAETERITIS VERBORVM TERTIAE CONIVGATIONIS.

TERTIA coniugatio correpta (que secundam personam in is correptam mittit, & in imperativo modo in e correptam conuertit)

## PHOCAS DE PRAETERITIS

præteritum per has syllabas effert: in di, præposita consonante: in ui diuisas syllabas, præposita uocali: in i, consonante qualibet præposita: in si, et in xi.

Sed illi tamen præteritum in ui diuisas syllabas mittunt, quæ in presenti tempore indicatiui modi u. ante nouissimam literam habent. Ut tribuo tribui, statuo statui, minuo minui, imbuo imbui, obruo obrui. Ex his duo notatur tantu, quæ in xi mittunt præteritu, fluo fluxi, struo struxi: Et quæ in lo, syllabâ exēt in præsenti, nihilominus præteritu i ui diuisas syllabas mittut, ut uolo uolui, nolo nolui, colo colui, consulio consului, alo alui. Pauca præterea in eandem extremitatem mittunt præteritum, quamquam præsens simile superioribus non habeant: tremo tremui, gemo gemui, fremo fremui, compesco compescui, pono posui, necro nexui, sterto ster-  
tui, pecto pexui, texo texui, senesco senui, gig-  
no genui, increbresco increbui. Nam increbro non inuenitur: Et si qua ex his componuntur. Vi syllaba terminantur in præterito hæc sola, sperno spre-  
ui, sterno straui, cerno creui, sero seui, tero triui,  
pasco paui, quero quæsiui, lino liui, quiesco quie-  
ui, cupio cupui, consuesco consueui, peto petui,  
sapio sapiui.

In di præposita consonante in præterito desinunt, quæ in præsenti do syllaba terminantur præde-  
dente n, litera, ut scando scandi, ascendo ascedi,

## VERBORVM.

desendo desēndi, offendō offendī, pando pandī,  
prendo prendī, mando mandī. Tria n, in præterito  
amittunt, fundo fudi, linquo liqui, sando scidi.  
Sic Lucanus. Aut sādit & medias sēat sibi litora  
terrās. Et quæ minus una syllaba proferuntur, pro  
ducta prima syllaba in præterito, quæ in præsenti  
corripitur: ut capio cepi, iacio iea, saeo seā, fu-  
gio fugi, fodio fodi. Paucā præterea eandem clau-  
sulam habent nouissima litera præsentis temporis  
in i conuersa: uinco uici, rumpo rupi, soluo sol-  
ui, audo audi, uoluo uolui.

In si præteritum mittunt syllabam uerba, quæ in  
præsenti do uel mo syllabis terminantur, si sit na-  
tura longa penultima: ut ludo lusi, lēdo ləsi, ce-  
do cessi, plāudo plausi, trudo trusi, rado rasī, il-  
lido illisi, allido allisi, promō prompsi, sumō sump-  
si, demō dempsi, resumō resumpsi: Et premo  
quamuis correpta sit penultima, in eandem syllabā  
exit, & quicquid ex eo componitur, ut premo  
pressi, exprimo expressi, comprimo compressi:  
& quæ in bo, uel in po syllabas desinunt: ut scri-  
bo scripsi, inubo nupsi, scalpo scalpsi, repo repsi,  
serpo serpsi, sculpo sculpsi. Præter hæc pauca sunt,  
quæ non eadem extremitate finiuntur in præsenti,  
præteritum tamen in si syllabam mittunt, spargo  
sparsi, mergo mersi, tergo tersi, mitto misi, uro-  
ussi, temno tempsi, contemno contempsi, concutio-

## PHOCAS DE PRAETERITIS

conaussi , gero gessi : Et si qua ex his in compositione tam figuram transeunt . In xi , syllabam in præterito desinunt uerba , quæ in præsenti , go syllaba terminantur . ut cingo anxi , pingo pinxi , affligo affixi , pergo perrexi , rego rexvi , diligo dilexi , intelligo intellexi , negligo neglexi , fingo finxi , tego texi . Excipiuntur tria in go desinentia , quæ in superioribus notauimus . Et alia quatuor , quæ non in xi sed in gi mittunt præteritum , tango tetigi , frango fregi , lego legi , ago egi . Et si qua ex his compositione simplicium formam sequuntur . His simile est impingo , quod impegi facit præteritum . Præter hæc in xi præteritum mittunt , uiuo uixi , coquo coxi , meo minxi , illido illexi , aspicio aspexi , flecio flexi , duco duxi , dico dixi , uicho uexi , traho traxi .

Sunt tertie coniugationis uerba , quæ primam syllabam in præterito duplicant , quæ omnia subiecta sunt , ut pello pepuli , tango tetigi , fallo fefelli , pendo pependi , tendo tetendi , pungo pupugi , sed & punxi diamus : tundo tutudi , cado ceadi , paro peperi , cano œani , disco didia , posco poposā , parco peperā , facit & parsi : curro acurri , pedo pepedi . Hæc adiunctis præpositionibus non eodem modo proferenda sunt : nam duplicatam in similitudine figura syllabæ , in compositione amittunt . Diamus enim sic expendo expendi , decurro decurri , refello

## VERBORVM.

refelli , compello compuli: condido condidi . Sed ex  
bis di:o sola præpositionibus adnexis in suo statu  
manent, dedisco, & deposco : nam dedidici , & de=  
poposæ faciunt preteritum . A cano autem compo=  
sta neutram regulam sequuntur, quia ocano occi=  
nui , sucano succanui , & conano concanui facit:  
Et si qua composita in eadem coniugatione à uerbo  
prime coniugationis cōponuntur: ut condo condidi,  
reddo reddidi , tradō tradidi , subdo subdidi , pro=  
do prodidi , addo addidi , abdo abdidi . Similiter  
proferuntur credo credidi , uendo uendidi , Excep=  
to circumdo circundedi , quod secundam personam  
facit arcundas , & est prime coniugationis .

¶ Sapio sapiui. Sed & sapui facit in præte. testib.  
Probo et Carisio, quos etiā authores ad hoc ipsum a  
tat Priscianus . ¶ Prendo prendi. Vide unū etiam  
prendidi dicā possit, quod tamen nulla autoritate  
approbari potest: quamuis legatur in Euangelio Io  
annis cap . vi. Afferte de pisahus, quos prendidi=  
stis nunc ? At prendi siue prehendi apud authores re  
peritur præteritum . Plautius in Amphitryone . Mi  
uir, & manum prehendi , & osculum detuli tibi .  
Luca. in tertio . Manus quo prenderat , hæsit .

¶ Et si qua ex his componuntur , A legō ta=  
men quedam composita non in gi , sed in xi faciunt  
præteritum , diligo dilexi , negligo neglexi , intel=  
ligo intellexi .

## PHOCAS DE PRAETERITIS

**P**ango pupugi , sed & punxi dicamus . Vnde  
de & composita ab eo alia in gi , alia in xi faciunt  
præteritum . Compungo , compunxi : Repungo , re  
pupugi , & repunxi , author est Caper .

**P** Excepto circundo &c . Huic a quibusdam  
adduntur Venundo , & Satisfio .

## DE Q. VARTA CONIV GATIONE.

**V**ARTA coniugatio siue tertia prodi-  
cta ( quam imperatiuus modus prodit lite  
ra i in fine conseruata ) præteritum perfe-  
ctum in ui , syllabam mittit , uel in duplicem ij : ut ,  
audio audiui , uel audij : munio munui , uel munij :  
seuio seuiui , uel seuij : liniio liniui , uel linij : mol-  
lio molliui , uel mollij : finio finiui , uel finij : pu-  
nio puniui , uel punij : sopio sopiuui , uel sopij : accio ac-  
ui , uel accij : sao sauui , uel scij : hinnio hinnui , uel hin-  
nij : exeo exiui , uel exij : meo miui , uel iniij : Cete-  
ra his similia . Pauca in si exeunt : & sunt hec  
fere , sarao sarsi , fartio farsi , haurio hausi , sepio  
sepsi , sentio sensi . Alia in xi , sola hec , sanao sanxi ,  
fulao fulxi , uinao uinxi : Vnum inuenitur , quod  
primam syllabam in præsenti corripit , in præterito  
produat , uenio ueni , & composita ex eo in hunc  
modum proferuntur . A pario composita dissentia-

**D E V E R . I M P E R S O N A . E T D E F E C T .**  
unt in preterito . Aperio enim aperui fiat: operio  
operui: Reperio autem repperi , & comperio cō= peri . In has fere syllabas omnia uerba ( quæ quar= te coniugationis norma complectitur ) in præte= rito desinunt .

**T** Sarao sarsi . Additur a Prisā . rauðo , rausi ,  
quod significat raukus siō . Hinc irrauðo . Cicero in  
primo de oratore . At Aesopum etiam ( inquit ) si  
paulum irrauerit , explodi .

**T DE VERBIS IMPER=**  
**S O N A L I B V S .**

**S**E D ne quid ambiguitatis posset ēe lectoribus ,  
non dissimulabimus de illis dicere , quæ ratio= ni refragantur . Sunt enim uerba , quæ perso= nis desinunt , & impersonalia dicuntur : alia mo= dis , alia temporibus , alia coniugationibus , alia par= ticipijs . De his exponemus , & primum de imperso= nalibus , quæ aut sunt secundæ coniugationis , aut ter= tiæ , quantum ex tertia persona contemplari licet .

Quæ secundæ coniugationis sunt , eorum alia  
accusatiuum trahunt , ut pudet , tædet , piget , pœni= tet , miscret , decet : alia datiuum , ut licet , liquet ,  
libet . Vnum est quod casu non indiget , oportet :  
Et omnia preteritum in uit diuisas syllabas mittunt ,  
ut puduit , piguit , pœnituit , liquit , libuit , decuit :

## PHOCAS DE VER. DECLI.

Præter tria , quorum duo deficiunt præterito , liquet  
& tñdet , unum quasi passiuam habet declinationē  
miseret : nam misertum est dicimus . Licet tamen &  
libet ad hanc similitudinem proferri possunt , licet  
est , libitum est . Et tñdet in composita figura per-  
tñsum est . Tertiæ coniugationis impersonalia dati-  
uum casum assumunt , ut contingit , cuenit , accidit ,  
expedit . Quædam primæ coniugationis imperso-  
nalia reperiuntur , ut iuuat , præstat : que & aliter  
declinari possunt . Sed omnia futuro tam impera-  
tiui q̄ infiniti modi , nec non etiam gerundijs , parti-  
cipialib. participijs præte . et futuri tēporis deficiunt .

## T DE VERBIS DEFECTIVIS.

**D**E F E C T I V A in modis sunt h.c.c. Que  
so quod primam personam habet indicatiui  
modi dumtaxat , licet quæsere lectum sit  
apud Salustium & Tullium . Ouat , infit : hec  
quoq; tertiam personam habent solam , sed ouat par-  
ticipium facit præsentis temporis ouans , cum in de-  
clinacione uerbi deficiat . Similiter ausim , & per-  
diunt pro perdunt dicunt . Et inquam personam mo-  
di indicatiui , præsentis temporis , numeri singularis  
contra morem omnium profert : & imperatiuum  
numeri singularis habet tantum : nam inque apud

DE VER. IMPERSONA. ET DEFECT.  
Terentium lectum est. Aio præsens & præteritum,  
imperf. um habet tantum.

Faxo futurum tempus tantum, uel (ut alij) pro-  
missuū modum ostendit. Salue, saluete, impera-  
tui modi, secūda persona, utroq; numero lectum est,  
& infinitiu modi præsens tempus saluere. Cedo et  
tue simuliter & imperatiui personam habent nume-  
ri singularis: cedo etiam numeri pluralis lectum est  
apud Plautum cedite mihi, pro diate. Et coniuga-  
tionibus & præterito deficiunt hæc, Fero fers, præ-  
teritum facit tuli. Sum es est, fui. Ferio feris, per-  
cussi. Tollo tollis, sustuli facit. Edo es, edi.

Hoc infinituum præsentis temporis, non in re-  
sillabam, sed in se contra morem omnium mittit.

Esse enim dicendum est. Volo, uis, uolui. Hoc  
quoq; incertæ est coniugationis, & futuro impera-  
tui & infinitiu modi deficit & gerundijs & par-  
icipialibus: quæ supina alij dicunt. Meto messui,  
nam aliter proferri non potest. Polleo, sisto, simi-  
liter & glisco, & quatio nullum habent præteri-  
tum. Memineris tamen inchoatiæ forme uerba.  
quia præterito perfecto deficiunt.

¶ Quæfso quod primā personā. &c. legitur ta-  
men quæsumus siue per u. siuc per i, scribere malis,  
ut nonnulli uolunt. Cicero in academicis questio-  
nibus. Quam ob rem aggredere, quæsimus. Silius  
italicus. Non ardua magnis Quæsumus aut in hono-  
ra tuis.

## PHOCAS DE PRAETERITIS

Apud Terentium, subaudi in phormione. Tum autem Antiphonem video ab sese amittere, inuitant eam, inque.

¶ Promissuum. Hunc modum inter grammaticos nonnulli futurum tempus interpretantur.

## ¶ QVAE VERBA CAREANT PARTICIPIIS.

**P**ARTICIPIIS carent uerba, alia praesentis temporis, alia futuri, alia utriusq;. Præsentis itaq; deficit sum, & que ex eo adiecitis præpositionibus componuntur, præter duo absens & praesens: que à uerbis absum & presum ueniunt. Et eo uerbum participio nominatiui casus, numeri singularis deficit, in ceteris recte declinatur. Composita quedam etiam nominatiuum habent, ut præteriens, abiens.

Futuri temporis participia non habent, in primis uerba forme inchoatiua: ut horresco, calefco, & his similia. Deinde omnia secundæ coniugationis, que sunt generis neutri, et in formā transiunt inchoatiuam: ut horreo, caleo, tepeo, niteo, pateo, stupeo, splendeo, uigeo, uireo, rigeo, floreo, paueo, rubeo, tabeo, madeo, tumeo, fileo, palleo, feruco, timeo, lateo. Nam & hæc assumpsis præpositionibus faciunt inchoatiua: ut pertimesco, & delitesco.

## DE VER. DEFECTI. ET CONFVSIS.

Valeo tamen cum faciat conualeesco : participio futuri temporis minime deficit . nam ualiturus dicendum est .

Sunt alia preterea , quæ non transeunt in formam inchoatiuam eiusdem coniugationis et generis , & nihilominus participijs temporis futuri deficiunt , ut egeo , mereo , polleo , calleo , studeo : præter hæc & uolo caret participio futuri temporis . & nolo : Et quæ ex illis componuntur . Similiter & metuo , fluo , sitio , tremo , dego , fero , algeo , disco , posco , furo . Sed & uerba meditativa futuri temporis participijs carent . Similiter carent participijs impersonalia omnia , de quibus superius docuimus , & defectiua illa , uidelicet quæ ordine declinari non possunt ut aio , quæso , inquam , faxo , salue , cedo , possum , similiter & soleo .

## DE VERBIS VAE PRIMAM PERSONAM CONFVSAM HABENT CONIVGATIONVM DIFFERENTIA.

**S**VNT uerba quæ i prima persona confusa habentur quorum significationem secunda persona coniugationis discernit , dico , as , cor� pta priore syllaba , dico , dicis producta : fundo fuis

## DE VERBIS.

das , fundo fundis : uolo uolas , uolo uis : appello  
appellas , appello appellis : compello compellas ,  
compello compellis : mando mandas , mando man-  
dis . Sunt alia, quæ ex diuersa forma præsentis  
temporis in præterito confunduntur , paueo paui,  
pasco paui : cerno creui , cresco creui : acuo acui ,  
aceo acui : lugeo luxi , luceo luxi : pendo pependi ,  
pendo pependi : frigeo frixi , frigo frixi .

Sunt quæ idem habent præsens & præteritum  
perfectum , hæc sola , Odi , noui , cœpi , memini ,  
pepergi : hæc & imperatiuo præter memini , quod  
memento facit , deficiunt : & futuro infinitiuu mo-  
di & supinis , nec non & participijs utriusq; tem-  
poris . Vnum ex his odi duo participia facit præte-  
riti temporis figuræ compositæ , exosus & perosus .

Sunt alia, quæ in omni declinatione secundæ sunt  
coniugationis , & in infinitiuo quasi tertiae corre-  
tæ proferuntur . Fulgeo infinituum fulgere facit ,  
feruuo feruere , obsideo obsidere .

¶ Sunt alia, quæ in omni de . &c Hos tamen in-  
finitiuos , quoties penultima correpta prolata inue-  
niuntur , Priscianus non a secunda coniugatione ,  
sed a tertia fieri dicit , fulgo , feruo , obsido .

¶ PASSIVA QVOMODO  
FACIANT PRAE-  
TERITA.

Verba

DE PRAE. VER. PAS. ET DEPO. ET COM.

**V**ERBA tam passiva quam deponētia nec non etiam communia cuiuscunq; sunt conjugationis, præteritum perfectum in has syllabas mittunt, in *tus*, in *flus*, in *sus*, in *xus*, adiuncto in omnibus sum uerbo, ut *amor amatus sum*, *doceor doctus sum*, *patior passus sum*, *nitor nixus sum*. Notantur pauca quæ præterito deficiunt, passiva quidē *hæc*, *feror*, *ferior*, *tollor*. Faciunt enim præteritum latus sum, *ictus sum*, *sublatus sum*. Poscor (namq; hoc quoq; deficit) in præterito postulatus sum, *arguor conuictus sum*: similiter & me tuor & timeor nullum habent præteritum perfectum. Deponentia uero *hæc*, *Vescor*, *fruor*, *medeor*, *liquor*, *reminiscor*, quæ in præterito sic proferuntur, *pastus sum*, *potitus sum*, *medicatus sum*, *liquefactus sum*, *recordatus sum*: quæ ab alio præsenti ueniunt, sed ad supplementum declinationis defectiuis accommodantur. Sunt quædam deponentia incertis conjugationibus *hæc sola*, *potior*, *orior*. Nam in secunda persona numeri singularis tertiiæ productæ sunt, hoc est quartæ coiugationis, & in præsenti tpe infinitiui modi. *Oritis. n.* & potiris, etiā *oriri* & *potiri* dicimus. Reliqua ad exemplū tertiiæ correptæ declinantur. Sunt alia quæ ex diuerso ueniunt presenti, & in pto confunduntur. ut *patior passus sum*, *pandor passus sum*, ut apud *Vergilium*. Crinibus iliades passis. Item uertor uer-

**DE PRAETE. VERBO. PASSIVORVM.**  
fus sum , & uertor uersus sum , ut apud eundem .  
Et uersa puluis inscribitur hasta . Sunt alia imper-  
sonalia , quæ assumptis præpositionibus abluti casus  
declinantur , & à uerbis neutri generis figurantur , uel actiuis : que datiuum casum in serie oratio-  
nis admittunt , ut sedetur , ambulatur , statur , pug-  
natur , itur , studetur . Veniunt enim ut dictū est , a neu-  
tris sedeo , ambulo , sto , pugno , eo , studio . His enim  
græcorum iactantiam ( si quam de copia sermonis  
exercent ) refutauimus : quod nec propria neque  
ant explanare . Similiter nocetur & suadetur &  
datur proferimus , que in actiua specie datiuo casui  
iunguntur . Sunt quæ participijs deficiunt , ut  
fruor , medeor , & reor : quod de præterito tamen  
habet participium , & præsenti & futuro deficit .  
Item nascor futuri temporis participio caret . Et  
impersonalia , sicut in actiua declinatione participijs  
nulla habent , nisi que poetica usurpauit licentia præ-  
teriti temporis , ut regnata , triumphata , pugnata : fu-  
turi , ut uigilanda , & his similia .

¶ Assumptis præpositiōibus ablatiui casus &c.  
Sic dicimus a me itur , a te sedetur , a nobis pug-  
natur .

¶ De fruor a quibusdam ambigitur : cum se-  
cundum Priscianum fruor supinum fructum faci-  
at , unde fructus participium . Sed & fruitum  
quoq; supinum facit , a quo fruithus participium  
non fructuru:

DE VER. CONIVGA. CONFUSIS.

¶ Et impersonalia. subaudiendum est a uerbis neutrīs: Nam ab his & ab actiūs tantum ueniunt impersonalia, ut author est Priscianus, & item Dio medes.

PHOCÆ CLARISSIMI GRAM-  
MATICI ARS DE NOMI  
NE ET VERBO FOE  
LICITER EX-  
PLICIT.

APPENDIX DESUPINIS VER-  
BORVM IN REGVLAS  
NOVEM DI-  
GESTA.

¶ Prima regula.

IN VI SYLLABA M facientia præteritū perfectum cuiuscunq; coniugationis uerba fuerint, ui syllaba in tum mutata faciunt supinum. ut amo, amauī, amatum. adoleo, adoleui, adole-tum et adulitū. peto, petui, petitū. audio, audiui, audi-tum. Excipiuntur abolitum, agnitum, caustum, cognitum, consitum, insitum, fautum, laustum & lotum, & iuxta regulam lauatum: unde partici-pium lauaturus sicut & loturus. Hinc in tertio fastorum Ouidius dixit. Sacra lauaturas mane petebat aquas, de Sylvia uestali inibi loquens. Item pa-stum, potum, & iuxta regulam potatum. item sal

## DE SVPINIS

tum a salio , & iuxta regulam salition : similiter  
saturn , solutum , uolutum , uenum , sepultum .

### ¶ Secunda regula .

In ui diuisas syllabas facientia præteritum perse-  
tum cuiuscunq; coiuagationis uerba fuerint : ui di-  
uijis syllabis in itum mutatis faciunt supinum , ut do-  
mo , domui , domitum : habeo , habui , habitum : gig-  
no , genui , genitum . Excipitur altum , nisi tamen  
alitum dicere malis : item apertum , opertum , cas-  
sum a carco , carui , quod & caritum iuxta regu-  
lam facit . Hinc participium cariturus , quo Iuena-  
lis usus est satyra secunda . Tollere dulcem Cogitat  
hæredē cariturus turture magno . A supino aut̄ cas-  
sum fit participiū cassus , quo in . xi . Aeneidos Ver-  
gilius utitur . Nullum cum uictis certamen & athe-  
re cassis . Item censum , cultum , consultum , con-  
centum , accentum , succentum , doctum , celsum ,  
excellsum , percussum , frictum , sed & iuxta regu-  
lam fricatum , unde participium fricatus , & per cōpo-  
sitū perficatus , quo Celsus & Plinius frequenter  
utuntur . Item messum , mistum , nectum , occul-  
tum , passum a pateo , pistum , raptum , correptum ,  
surreptum , sectum , statutum , argutum , ten-  
tum a teneo , textum , tostum .

### ¶ Tertia regula .

In ci , gi , qui , xi facientia præteritum perfectum  
uerba , in etum mutata syllaba ci , uel gi uel qui ,

## VERBORVM.

uel xi, faciunt supinum, ut uinco, uici, uiculum.  
lego, legi, lectum. delinquo deliqui delictum. ui-  
xo, uixi, uictum. Sic & uincio, uinxo, uinctum.  
Excipiuntur fixum, flexum, fluxum, fugitum, fi-  
xum, miectum, pictum, rictum, strictum, abiecta  
prius litera n. A parco autem quod pars in præte-  
rito & pepercit facit, uenit supinum ium parsim,  
tum parcitum.

## ¶ Quarta regula.

In mi, pi, psi facientia præteritum perfectum,  
in ptum faciunt supinum, ut emo, emi, emptum:  
rumpo, rupi, ruptum: capio, cepi, captū: scribo,  
scripsi, scriptum. Excipitur cambio, campsi: quod  
secundum quosdam in supino campsum facit citra  
tamen authoritatem.

## ¶ Quinta regula.

In di, li, ri, si, ti, facientia præteritum perfectum  
uerba, in sum faciunt supinum, ut mordeo, mo-  
mordi, morsum: fallo, fefelli, falsum: tundo, tu-  
di, tunsum & tusum: fallo, falli, salsum & sali-  
tum, sed à salio potius, ut uult Priscianuu: item  
curro, cucurri, cursum: uerro, uerri, uersum:  
sentio, sensi, sensum: uerto, uerti, uersum. Pan-  
do, pandi, passum geminata s litera: quod & a pa-  
tior & a pateo: ut dictum est. Excipiuntur gestū.  
haustum, indultum, latum, mulctum a mulgeo  
mulsi: quod tamen & mulsum facit iuxta regulam:

## DE SVPINIS

item pistum , partum , statum , tentum a tendo , te-  
tendi , quod & tensum facit iuxta regulam .

Item tortum , tostum . Composita item à do , ut  
inditum , conditum . Abscondo tam absconsim  
iuxta regulam , quā absconditum facit . Item fartum  
fartum , fultum .

### ¶ Sexta regula .

Deponentium & communium uerborum supi-  
na ita facile cognosces , si ab his uocem fingas acti-  
uam , ut à letor , leto , as , aui , letatum . A fungor ,  
fungo , funxi , functum . Excipiuntur reor , reris ,  
ratum . Misereor , eris , misertum . Fateor , eris ,  
fassum . Gradior , graderis , gressum . Patior , pateris ,  
passum . Loquor , eris , locutum . Sequor , eris ,  
secutum . Fruor , frueris , fructum , & fruitum .  
Labor , eris , lapsum . Commischor , eris , com-  
mentum . Proficiscor , proficisceris , profectum .  
Nanciscor , eris , nactum . Paciscor , eris , pacatum .  
Adipiscor , eris , adeptum . Vlciscor , eris , ultum .  
Obliuiscor , eris , oblitum . Expergiscor , eris , ex-  
perrectum . Defetiscor , eris , defessum . Queror ,  
eris , questum . Vtor , eris , usum . Nitor , eris , ni-  
sum uel rixum . Complector , eris , complexum .  
Amplexor , eris , amplexum . Tueror , eris , tutum  
uel tuitum . Tuor eris , tutum uel tuitum . Ordior ,  
iris , orsum . Experior , iris , expertum . Mctior ,  
iris , mensum . Morior , eris uel iris , mortuus &

## VERBORVM.

**U**eriturus . Orior , eris uel oriris , ortus & orith-  
rus . Nascor , eris , natus & nasciturus .

### ¶ Septima regula .

Ex uerbis actiuis carent supinis , hec fere . Ar-  
eo , ces , arcui . Urgeo , urges , ursi . Timeo , ti-  
mes , timui . Metuo , metuis , metui . Luo , luis ,  
lui . Respuo , respuis , respui . Ningo , ningis , ninxi .  
Caluo , caluis , calui . Lambo , is , lambi . Scabo ,  
scabis , scabi . Compesco , cis , ui . Dispesco , cis ,  
dispescui . Disco , discis , didici . Scando , is , scan-  
di . Ango , angis , anxi . Ambigo , is , ambegi . Psal-  
lo , psallis , psalli . Cerno , cernis , creui .

¶ Dispesco , ut Prisci . exponit , disto signifi-  
cat , citans ad hoc Apuleium in dialogo de deo So-  
cratis . Cum & habitacula summa ab infimis tanta  
intercapidine fastigij dispescant . id est distent . Sig-  
nificat præterea & dirimo , quo in significatu , eius  
participio Plinius utitur lib . v . cap . ix . in descrip-  
tione Nili . Inde Africam ab Aethiopia dispescens .

### ¶ Octaua regula .

Ex neutrīs , que supinis carent , hec sunt . Mi-  
eo , as , micui . Aestuo , as , aestuaui . Ardeo , es , ar-  
si . Strideo , es , stridi . Algeo , es , alsi . Fulgeo ,  
es , fulsi . Turgeo , es , turfi . Lugeo , luges , luxi .  
Frigeo , es , frixi . Conniveo , es , connixi . Conqui-  
nisco , cis , conquexi . Sido , is , sidi . Rudo , is , ru-  
di . Dego , is , degi . Satago , is , egi . Sterto , is ,

## DE SVPINIS

stertui . Obedio , is , obedui . Rubeo , es , rubui .  
Palleo , es , pallui . Ex secundæ tamen coniugatio=  
nis uerbis neutris pauca supina habere probantur ,  
ut hæc . Placeo , es , cui , placitum . Nocco , es , ui ,  
nocitum . Hinc nocitura participium , quo usus est  
Iuuenalis satyra decimà . Nocitura toga , nocitura  
petuntur militia . Valco , es , ui , ualitum . Caleo ,  
es , ui , calitum . Vnde participium caliturus , Oui=  
dius usurpauit in tertio decimo Metamor . Calitu=   
rasq; ignibus aras . Soleo , es ui , solitum . Pateo ,  
es , patui , passum .

### ¶ Nona regula .

Ex deponentibus supinum non habent hæc . Re=   
miniscor , eris . Vescor , eris Medeor , eris . Ope=   
rior , iris . Liceor , eris .



## APPENDIX ALTERA.

### ¶ DE FIGVRIS CONSTRV= C T I O N I S.

¶ Figura quid sit.

**F**IGVR A (ut nomine ipso patet) est conformatio quedam remota a communi & pri-  
mum se offerente loquendi ratione. Vel, Fi-  
gura est arte aliqua nouata forma dicendi. Sunt qui  
hoc modo diffiniant. Figura est uitium cum ra-  
tione, necessitatis ornatusq; gratia permisum. Quæ  
tamen figuræ diffinitio ab eruditis fere non recipi-  
tur, ut quibus uitium cum ratione dictum uideatur,  
quasi dicas quempiam cum ratione insanire. Sed  
distant haec due locutiones. Siquidem uitium cum ra-  
tione, qui figuram ita diffiniunt, accipere uolunt,  
ut tale in oratione uitium intelligatur figura, quod  
facile excusari possit: uidelicet ut uitium quidem figu-  
ra catenus dicatur, quatenus contra regulas artis  
per ipsam quicq; committatur: cum ratione uero,  
& non temere committatur, utpote quod (ut dictum  
est) excusari facile possit, idq; tum per ornatum.  
quem adserit, modo ratiōr eius usus sit: tum per ne-  
cessitatem. Quippe q; poetas metri necesitas saepe  
excusat, ut author est Quintilianus. Proindeq; cur  
uitium cum ratione ab illis figura hoc loco dicta sit,  
nolim usq; adeo mireris candide lector. Quandoqui  
dem & humanis corporibus (authore etiam Cicero

## DE FIGVRIS

ne) uitia quedam nonnunquam adnascentur: que tamen nō ipsa corpora deturpant siue de honestat, quin potius contra, ea ipsa iucundiora aspectu & plausibiliora reddunt. Sic enim ille lib. primo de natura deorum. Deinde nobis (inquit) qui concentibus philosophis antiquis, adolescentibus deleamur: etiam uitia saepe iucunda sunt. Neuis in articulo pueri delectat Alcæum. At est corporis macula neuis. Illi tamen hoc lumen videbatur. Si mile quid habes apud Plutarchum in vita Alcibiadis. Porro autem cum figuræ apud Grammaticos non unius generis sint: nos hic de figuris dumtaxat constructionis agemus: que sunt numero octo. Appositio, Euocatio, Prolepsis, Syllepsis, Zeugma, Synthesis, Synecdoche, & Antiposis. Additur a quibusdam Anastrophe, figura qua. Cor. Tacitus subinde utitur, poetis cum primis amica, immo & nonnūquam necessaria. At nunc etiam prius quam institutum hoc nostrum prosequamur, illud obiter præmonendum duxi hoc loco, q. Euocatione inter constructionis figuras, ut nouam & inauditam ueteribus tū græcorum tum latinorum, solum & recentioribus excogitatam figuram non solum non recipit neq; admittit, sed & hoc ipsum constanter asserit. Linacer vir natione Anglus, professione medicus, utriusq; lingue peritiissimus, motus nimiri bac ratione q. in huinmodi locutionibus, ego Henricus lego. Tu Phillipus ambulas, ens participi-

## CONSTRUCTIONIS.

um subauditur, quod deinde resoluatur in suum  
uerbum cum pronomine qui, hoc modo. Ego ens  
Henricus lego, id est, Ego qui sum Henricus lego.  
Tu ens Philippus ambulas. Hoc est, tu qui es  
Philippus, ambulas. Atque ita uerbum tum lego,  
tum ambulas suo redditur nominatio, alterum  
prime, alterum personæ secunde. Id quod et in  
alijs huiuscemodi locutionibus similiter fieri con-  
stat, obseruata tantummodo et generis et nume-  
ri ratione atque differentia tum in pronomine tum in  
ipso participio.

### ¶ De Appositione.

Appositiō est constructio duorum nominum sub-  
stantiuorum in eodem casu, absque coniunctione me-  
dia. Additur a quibusdam, quorum alterum decla-  
rat alterum, ut Carolus imperator. Georgius dux.  
Henricus comes. Animal homo. Vergi. in primo  
Geor. Ignatum fucos pecus a præscipibus arcent.  
Idem in sexto Aeneidos. Proximus ille Phocas Troia-  
ne gloria gentis. Vsus est ea et Iuuenalis satyra  
prima, de gula imbi loquens, que sibi totos Ponit  
pros animal propter conuiuinatum.

### ¶ De Euocatione.

Euocatio est reductio tertiae personæ ad primam  
uel secundam, hoc est oratio, in qua prima uel se-  
cunda persona euocat tertiam, ut ego Henricus le-  
go. Tu Philippus ambulas. Nos pueri ludimus.  
Vos patres interim curam nostri geritis. Qui hanc

## DE EIGVRIS

docent, duplēcēm eām faciūnt, explicitām & impli-  
citām. Explicitām, ut ego Priscianus scribo.  
Implicitām, ut Priscianus scribo. Hac posteriōri  
ūsum uolunt ijdēm Vergiliūm Eclogā pri. cum dix-  
it. Quo sēpe solemus Pastores ouium teneros de-  
pellere fœtus. Sed negat Linacer.

### ¶ De Prolepsī.

**προλεψίς** est: cum dicimus. Pueri ludunt, alter pila, alter  
trocho. Item, Aquilæ uolant, altera ad orientem,  
altera ad occidentem. Quod & ita dici potest.  
Aquilārum, altera deuolat a meridie, altera a sep-  
tentriōne. Affirmat utiq; illud ac plane approbat  
Priscia. lib. xvij. Sciendum est (inquit) q; in hu-  
iuscemodi constructione diuidorū, si per præsump-  
tionem, id est **προλεψίν** præponitur plurale uer-  
bum ad utrumq; sequens, licet nominatiuum antefer-  
re. Sim ad ea quæ diuiduntur, singulariter uerba  
consequantur, genitiuum oportet præponi plura-  
lem. Singulariter (inquit) id est inter partes seor-  
sim posita.

### ¶ De Syllepsī.

**σύλλεψίς** est, cum in oratione id quod dignius  
est, concipit minus dignum. Hæc a latinis concep-  
tio dicitur. Fit autem per genera, & per personas.  
Per genera, cū masculinūm concipit foeminiūm, ut  
Scipio & Lucretia pudici. Et si quando masculi-

## CONSTRUCTIONIS.

num aut fœmininum concipit neutrum: Masculinū, neutrum. ut Bos & iumentum stant ad præsepe ligati, ut exemplo cuiusdam utar. Sed hic desideratur eius uiri authoritas. Fœmininum, neutrum, ut apud Lucauum in primo Pharsaliæ. Mensuraq; iuris uis erat: hinc leges & plebiscita coactæ. Sed & hic sunt, qui putent eum locum corrupte legi, nempe coactæ pro coacta. At contra plebiumq; accidit, ut neutrum nunc masculinum, nunc fœmininum concipiatur: & masculinum item & fœmininum admittant adiectuum plurale generis neutri præsertim, cum hec genera nominum sunt res inanimas significantium. Hinc dicimus ignis & aqua sunt contraria. Vergi. Ecloga quinta. Atq; deos atq; astra uocat crudelia mater. Per personas, cum prima concipit secundam, ut ego et tu legimus: Aut tertiam, ut ego & Philippus ludimus: Aut cum secunda concipit tertiam, ut tu & Philippus cantatis. Fit nonnunquam & per casus, ut apud Virgi. in primo Aeneidos. Remo cum fratre Quirinus iura dabuit. Verū id poeticum magis est q; oratorium. Ergo Remo cum fratre Quirinus, id est, Romulus & Remus eius frater, siue Romulus & Remus fratres. Et hactenus quidem Syllepsis implicita est. Implicita autem per genus est, cum demonstratis duobus mare & fœmina, dicimus. Vterq; bonus est: & ambo iusti sunt.

## DE FIGVRIS

### ¶ De Zeugmate.

**Ζεῦγμα** Zeugma, quam Priscianus adiunctionem appellebat: tum fieri dicitur, cum plures sensus uno uerbo clauduntur. Vel, cum ad unum uerbum plures sententiae referuntur. Id autem tribus accedit modis. Aut uerbo præposito, hoc est in principio orationis posito: & uocatur protozeugma, ut scribo ego & tu. Virgi. Ecloga pri. Sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles, & pressi copia lactis. Aut uerbo postposito, id est in fine orationis posito. Idem Ecloga quinta. Nihil hic nisi carmina desunt. Et in primo Aeneidos. Hic illius arma, hic currus suus. Et Horatius in Epistola ad Celsum Albinonianum. Ut tu fortunam, sic nos te Celse feremus. Idem in arte. Tu quid ego & populus tecum desideremus audi. Unde & hysterzeugma dicitur. Aut uerbo in medio orationis posito. ut Hebrei sunt & ego. Virgi. Ecloga septima. Caper tibi saluus & hodie: & uocatur mesozeugma.

### ¶ De Synthesi.

**Σύνθεσις** Synthesis est, cum uerbum uel nomen adiectiuū uoce quidem discordat cum eo cui redditur, significacione autem concordat, ut populus clamant. Turba ruunt. Vergili. in primo Aeneidos. pars in frusta secant. Idem Ecloga tertia. Triste lupus stabulis. Notatum est autem & illud a Prisci. lib. xvij. Cum omnis (inquit) construclio ad uocem referenda sit, nonnunquam tamen ad sensum redditus.

## CONSTRUCTIONIS.

### ¶ De Synecdoche.

Synecdoche est, cum proprietas partis attribuiatur toti, ut homo albus dentes. Vergili. in primo Aeneidos. Nuda genu. Item in eodem. Os humerosq; deo similis. Fit autem et per uerba. Ut doleo caput, quod & dolet mihi caput dicimus. Vergi. in pri. Aeneidos. Expleri mentem nequit, de Dido ne dixit. Fit & per partiapia, ut ibidem idc author. Oculos suffusa nitentes: & nodoq; sinus collecta fluentes. Cuiusmodi sane locutiones exponi ferent per partiapium habens. ut os humerosq; deo similis, id est, habens os deo simile, & humeros item deo similes. De Aenea enim loquitur. Sic albus dentes quispiā dicatur. Id est habēs albos dentes.

### ¶ De Antiptosi.

Antiptosis est, cum casus pro casu ponitur, id quod nomen ipsum declarat, ut apud Vergi. in pri. Aeneidos. Urbem, quam statuo, uestra est. Hic urbem pro urbs dixit: & apud Terentium. populo ut placerent, quas seassis fabulas. fabulas pro fabula dictum est. Ceterum hæc, ut & proxime superior poetis q; oratoribus magis familiares sunt.

### ¶ De Anastrophe.

Anastrophe a Diomede diffinitur inuersio dictiōnum contra bonum ordinem orationis. Vnde a Vergili. dictum est in quinto Aenei. Transtra per & remos. Est enim per transtra. Sic & ab eodem in primo Aeneidos, Italiam contra, pro contra italiā.

EPICEDION IOANNIS CAESARI  
in humationem funeris Eberhardi incliti sane et  
generosi pueri uixdum adolescentis ex illustri &  
præclara comitum & dominorum a Stolbergk &  
Vuernigerode familia. Qui obiit mortem Anno &  
partu uirginis Millesimo, quingentesimo, uigesimo  
sesto, undecimo calendas Maij.

Quem formæ deus eximium, dum uita manebat:  
Dum florens ætas iam prope puber erat.  
Quem pudor ingenuus, frontisq; modestia præcox:  
Et simul ornarunt stemmata clara patrum.  
Hic iacet ( heu miseram sortē ) paruoq; sepulchro  
Clauditur: & non est, qui fuit ille decor.  
Sed ueluti dudum uiridi conspectus in horto  
Flos tener atq; tenax, decidit ante diem.  
O merito dilecte puer, quis non tua fleret  
Funera, cui saltem nomine notus eras?  
Te nobis subito crudelia fata tulerunt:  
Et rapuit celeri mors violenta gradu.  
Hoc ego dum carmen feci, & tibi triste dicavi:  
Munere quo certe nil mihi maius erat.  
Interea lachrymæ tepefacta per ora cadebant:  
Delebatq; suas litera ducta notas.  
Quid facarem tanto cordis moerore grauatus?  
Qui poteram manes non nisi flere tuos?  
Sed iam ex aduerso melioris gloria famæ  
Nos consolatur, nosq; dolore leuat.

Scilicet

Scilicet ex omni cum sit nil parte beatum :

Sola tibi uictrix illa superstes erit .

Virtus quippe manet , quæ quantulacunq; sit: ultro

Ipsa animam sequitur , corpus ut umbra suum .

Accedit , q; apud superos tibi mansio certa

Obtigit , angelicos inter & ipsa choros .

Viue igitur foelix , & gaude morte solutus .

Quæ tibi ut ortus eras , iam subeunda fuit .

Viue & cum Christo regna : tua dormiat in fpe

Surrectura caro . Iamq; beate Vale .

¶ Q V A V I A A D C I V I L E M ,

quam uocat , sed interituram mox , ac proinde um=

bratilem foelicitatem perueniatur ,

Iuuenal is satyra decima .

Monstro quod ipse tibi possis dare : semita certe

Tranquillæ per uirtutem patet unica uitæ .

¶ Q V A I T E M V I A A D C O E L E

stem perindeq; perpetuam & ueram foelici=

tatem perueniatur , ex recentio=

ribus quispiam .

Quisquis es , ad summam , si uis uere esse beatus .

Vnica per Christum semita certa patet .

L

DE Q VIBVS DAM FIGVRIS  
dictionis, quæ græci σχήματα λέξεως  
appellant.

CVM inter imprimendum ad calcem huius  
opusculi prope uentum esset, ac paginulas  
aliquot vacue omnino super fore alioqui ui-  
derentur, nisi eius generis ( quod genus sunt, quæ  
in eodem ipso hactenus continentur ) qui piam adi-  
ceretur, quod paginulas illas impleret: itaq; ne non  
et ille simul plene essent, placuit has subiectas  
dictionis figuræ uel præter institutum adiucere, idq;  
tamen non sine causa: q; ipsæ nisi multo ante per-  
cept.e, in enarrandis poetis se penumero remorari  
soleant studiosi illorum auditoris intelligentiam alio  
properantis. Sunt autem hæc. Prosthesis. Aphæ-  
sis. Epenthesis. Syncope. Paragoge. Apocope:  
que et his uerbis continentur.

Prosthesis apponit capiti, quod Aphæsis auferit.  
Syncopa de medio tollit, quod Epenthesis addit.  
Auferit Appocope fini, quod dat Paragoge.

Adduntur his nunc etiam Parenthesis et Syncopæ  
doche alia quidem illa a superiori: nempe locutionis  
figura: non aliam ob causam, q; quæ dicta est.

¶ Prosthesis quid est?  
Prosthesis est appositio ad principium dictionis

## DE FIGVRIS.

Literæ uel syllabæ. Literæ , ut gnatus pro natus. Te  
rentius in Andria. Eo pacto & gnati uitam , & cō  
filiū meum cognosces , Gnati pro nati dixit . Syl  
labæ , ut tetuli pro tuli . Sic idem in eadem come  
dia altu quarto . Nam pol si id scissem , nunquam  
huc pedem tetulissem . Tetulissem dixit pro tulissem .

### ¶ Aphæresis quid est ?

Aphæresis est ablacio de principio dictionis lite= **ἀφαίρεσις**  
re uel syllabæ, contraria Prosthesi . Literæ , ut ruit  
pro eruit . Sic Vergi . in undecimo Aeneidos . ruet  
omnia late . Idem in . xi . & confusa ruebant Ossa  
focis . Ruebant pro eruebant : ut in priori exemplo ,  
ruet pro eruet dixit . Syllabæ , ut temnere pro con  
temnere . Idem in . vi . Aeneidos . Discite iustitiam  
moniti , & non temnere diuos . Sic & apud cundens  
fert pro auferit legitur Ecloga nona . Omnia fert  
etas , animum quoq .

### ¶ Epenthesis quid est ?

Epenthesis est appositio ad medium dictionis lite= **ἐπένθεσις**  
re uel syllabæ . Literæ , ut relligio pro religio .  
Sic Vergili . in secundo Aeneidos . Relligione pa  
trum , dixit : & in primo Aeneidos . Relliquias Da  
naum : Relliquias pro Reliquias . Syllabæ ut Ma  
uors pro Mars . Idem in . viii . Seuit medio in cer  
tamine Mauors . Et Ouidius . Sic ego , sic posita  
dixit mibi casside Mauors .

## Q. VIBVS DAM.

¶ Syncope quid est?

συγκόπη

Syncope est ablacio de medio dictionis literæ uel syllabæ, contraria Epenthesi. Literæ, ut audacter pro audaciter. Sic repostum pro repositum. Vergili. dixit in primo Aeneidos. manet alta mente re postum Iudicium paridis. Syllabæ, ut extinxiti pro extinxisti. Idem in quarto Aeneidos. Extinxi te, meq; soror. Verba sunt Annae ad Didonem sororem.

¶ Paragoge quid est?

παραγω = ζη<sup>η</sup> Paragoge est appositio ad finem dictionis literæ uel syllabæ. Literæ, ut hostis pro hosti apud Plautum. Syllabæ, ut dicier pro dici. Persius satyra prima. At pulchrum est digito monstrari, & dicier hic est. Sic & Virgi. admittier orat, pro admitti dixit.

¶ Apocope quid est?

ἀποκόπη Apocope est ablacio a fine dictionis literæ uel syllabæ, Paragogæ contraria. Literæ, ut peculi pro peculij. Vergili. Ecloga prima. Nec cura peculi. Syllabæ, ut do pro domum. Sic Ennius dixit. Inq; suam do illud Homerii imitatus lib. iliados septimo. οὐέτε γονδῶ. Vbi δῶ pro δῶμα ille dixit.

¶ Parenthesis quid est?

παρένθε σις Parenthesis est sensus alicuius ad medium orationis, antequam absoluatur, interpositio. Vergili. in primo Aeneidos. Aeneas (neq; enim patrius cō

## DE FIGVRIS

sisterem mentem passus amor ) rapidum ad naues pre  
mittit Achate. Et Horatius lib . primo sermonum ,  
satyra prima . Cetera de genere hoc ( adeo sunt  
multa) loquacem Delassare ualent Fabium.

**T** Synecdoche quid est ?

**T** Synecdoche a Diomede diffinitur , dictio plus mi-  
nusue pronuntians quod significans . A Donato uero  
hoc modo . Synecdoche est significatio plenii intel-  
lectus capax , cum plus minusue pronuntiatur . Hacc a  
Cicerone in dignitatibus intellectio interpre . Fit au-  
tem , cum uel a parte totum , uel a toto pars intel-  
ligitur . A parte totum . Vergili . Haud aliter pup-  
pesque tux , pubesque tuorum . A puppibus enim na-  
ues , a pube ipsos homines significat . A toto pars .  
Idem in primo Aeneidos . Ipsius ante oculos ingens  
auertice pontus In puppim ferit . Hic enim non to-  
tum pelagus , quod nautam excusserit , sed partem  
sue pelagi sue ponti , id est fluctum intellectus . Sic  
**T** in . xij . Idem . fontemque ignemque ferebant . fon-  
te pro aqua quae ex ipso hauritur , posuit . Sic quoque  
in sexto . frigidus annus ab eo dictum est pro hyeme ,  
que anni pars frigida est . Et hactenus quidem de  
propositis figuris sit dictum satis . Reliquas quere-  
tum apud Diomedem , tum apud Donatum : aut  
si iuriores magis libet legere , apud Mosellanum ,  
aut Despauterium .

ERRATVL A quædam inter excudendum ob  
seruata hec sunt.

In litera . A .

Pagina quinta , linea tertia , curare

In litera . B .

Pagina octava , linea tertia , supernexiuſe

Pagina decima tertia , linea tertia . Et misus

In litera . C .

Pagina nona , linea tertia , his & ab his

Pagina decima linea secunda . Quia puppim &c .

In litera . D .

Pagina decima , linea . xv . Reboo .

Pagina . xv . linea septima . Roma uerio .

In litera . E .

Pagina . xiiij . linea quarta , plurimos quidem

In littera . F .

Pagina quinta , linea . xij . Et hos duo .

Pagina xv . linea . xxv . uersus ex Horatio ita le-

gendus est . Ut hec trementi questus ore constit

In signibus raptis puer impube corpus .

In lit. s. H.

Pagina sexta , linea . xiiij . *Baqutoūt' àīap*  
Pagina septima , linea prima . His poematis .  
Item linea . xij . dilucide .

In litera . K .

Pagina septima linea . xxiiij . *luceo Juceſ.*  
Pagina nona , linea . xxij . rarioſ .

Si qua alia usq; inter legendum occurrerint errata .  
diligens lector facillime emendabit , preſertim in  
accentibus duarum aut trium uocularum græcani-  
carum ,

**EXCVSSVM EST HOC OPVSCVLVM**

*apud Lypſiam haud incelebre Germanie  
oppidum , per Nicolaum Fabrum  
honestum eius oppidi auen.*

*Anno a natali Christi*

*Milleſimo ,*

*Quingenteſimo ,*

*Vigeſimoſeptimo : decim  
mo calendas Octo  
bris .*

**N. S.**

1815105